Sequitur tabula capitu/
lorum Sophologij:

Et primo capitula primi Libri. f.3

Capitulum primum quomodo sapien
tia facit felices. 3.
Secundum quomodo veteres sapi/
entiam amauerunt.
Tertium quomodo quondam femi/
ne artes inuenerunt.
Quartum.de studio sapientie a iuuen
tute.
Quintum quomodo sapientia est ne/
cessaria regibus.
Sextum quomodo sapiens omia pos
sidet:et fatuus nihil
Septimum de dispositione ad sapi/
entiam:et de quiete contemplantium
Octauum quomodo sapientia omnia
vincit.
Nonum quomodo est iugiter studen
dum. legere
Decimum quomodo non sufficit au-
dire:sed legere oportet. audire oportet
Undecimum de habitudine et modo
docendi.
Duodecimum de vera philosophia:
eiusq3 descriptione et vsu.
Tredecimum de dignitate et vtilitate
sapientie.
Quattuordecimum de famosis illu/
stribusq3 philosophis:qui sapientia3
amauerunt.
Decimumquintum de studijs ac se/
ctis philosophorum.
Decimumsextum quomodo magice
artes sunt inutiles:ac improbande.

Capitula secundi libri qui
est de inuentione scientia
rum. 19

Primum de inuentione grammatice
atq3 litterarum.
Secundum de inuentione logice.
Tertium de inuentione rhetorice.
Quartum de inuentione poetrie.
Quintum de poetis famosis:quomo
do poetria non est contemnenda.
Sextum de inuentione arithmetice
Septimum de inuentione geometrie
et eius vtilitatibus.
Octauum de vtilitatibus musice.
Nonum de inuentoribus musice.
Decimum de inuentoribz astrologie.
Undecimum de medicina et inuento
ribus eius
Duodecimum de legibus:et earu3 in
uentoribus.
Tredecimum de politica et regine ci
uitatis.
Decimumquartum de regimine prin/
cipis.
Decimumquintum de legibus diui/
nis et humanis.
Decimumsextum de economia: et re
gimine domus.
Decimumseptimum de regimine pa
trisfamilias.

Capitula tertij libri in quo
tractatur de amore virtu
tum. 30.

Primum quomodo virtutes natura
liter appetende sunt.

REG. CONSCAD. LVBLIOT.

¶ Secundum quomodo natura cupit virtutes.
¶ Tertium quomodo virtutes nō que runt mercedem temporalem.
¶ Quartum quomodo virtus consistit in medio.
¶ Quintū quomodo mens naturaliter respuit vitia.
¶ Sextum de bonestate vite intus et ō foris.
¶ Septimum de bona consuetudine.
¶ Octauus quomodo est vitanda mala vita: et mundi vanitas.
¶ Nonum quomodo mala est peccandi opportunitas.
¶ Decimum de cautela vitandi et cog/ noscendi peccata.
¶ Undecimum quomodo vitanda sunt peccata leuiora: ne grauiora contingāt
¶ Duodecimum de sinceritate vite anti quorum.
¶ Tredecimum de odio peccati.

¶ Capitula quarti libri i quo tractatur de virtutibus theologicis. 40

¶ Primum quomodo credendus est ar ticulis fidei.
¶ Secundum de cultu et veneratione dei.
¶ Tertium de ydolatria. et nominibus deorum et dearum.
¶ Quartum quomodo per fidem salua mur.
¶ Quintum de consolatione spei.
¶ Sextum de perpetuitate anime: et cō sequenter de spe vite future.
¶ Septimum de caritate et bona ami/ cicia.
¶ Octauus de vera amicicia et eius vti litate: atq; fidelitate.
¶ Nonum de correctione caritatiua.
¶ Decimum de pietate.
¶ Undecimum de pace et concordia.
¶ Duodecimum de vero et ficto amore
¶ Tredecimum de adulatione: que est ficta amicicia.
¶ Quartumdecimum de hospitalitate.

¶ Capitula libri quinti i quo agitur de quattuor virtu tibus cardinalibus. 58

¶ Capitulum primum de vera iustitia.
¶ Secundum de aduocatorum eloquen tia.
¶ Tertium de equitate iudicum.
¶ Quartum de misericordia iudicis.
¶ Quintum de virtute temperantie.
¶ Sextum de modestia lingue.
¶ Septimum de vitando mendatio et periurio.
¶ Octauum de regimine temperato cor poris.
¶ Nonum de prudentia acquirenda.
¶ Decimum de prouidentia circa fo:/ tuita.
¶ Undecimum de facili credulitate re/ probanda.
¶ Duodecimum de stultitia fugienda.
¶ Tredecimum de stulto amore cauen do.
¶ Quartumdecimum de habenda for/ titudine et constantia mentis.
¶ Quintumdecimum de perseuerantia

in bono habenda.
¶ Sedecimum de constantia qualiter nullus debet ab ea recedere.
¶ Decimumseptimum de manutenen/da constantia.

¶ Capitula libri sexti in quo agitur de septem peccatis mortalibus et de virtuti/bus eius contrarijs. 24

¶ Primum quomodo humilitas placet et exaltat. superbia vero deprimit.
¶ Secundum de humilitate.
¶ Tertium quomodo humilitas facit homines acceptos.
¶ Quartum de superbia qualiter fugi enda est.
¶ Quintum de vana gloria minime af fectanda.
¶ Sextum de patientia habenda.
¶ Septimum de ira vitanda.
¶ Octauum de odio et crudelitate.
¶ Nonum de contentione et procaci/tate.
¶ Decimum de abstinentia et sobrie/tate.
¶ Undecimum de ebrietate.
¶ Duodecimum de vitio gule.
¶ Tredecimum de penitentia non dif/ferenda.
¶ Decimumquartum de liberalitate.
¶ Decimumquintum de beneficijs cito et gratuite dandis.
¶ Decimumsextus de beneficijs cognoscendis.
¶ Decimumseptimum de sufficientia et paupertate voluntaria.
¶ Decimumoctauum de auaritia vitan da.
¶ Decimumnonum de rapina et frau/de.
¶ Uicesimum de fortuna et eius insta/bilitate.
¶ Uicesimumprimum de contemptu di uitiarum atqz seculi.
¶ Uicesimumsecundus de contemptu di uitiarum.
¶ Uicesimumtertium de negligentia.
¶ Uicesimumquartus de castitate et pu dicicia.
¶ Uicesimumquintum de luxuria vitan da.
¶ Uicesimumsextum de voluptate car nis.
¶ Uicesimumseptimum de inuidia.

¶ Capitula septimi libri in quo agitur de morte et cõ sideratione eius. 104

¶ Primum de miseria et breuitate hu/ius vite.
¶ Secundum quomodo vita presens é carcer anime mediante corpore.
¶ Tertium de contemptu mortis.
¶ Quartum de perpetuitate et conside ratione bone mortis.
¶ Quintum de pacientia mortis sub spe glorie future.
¶ Sextum de resurrectione mortuorus et immortalitate anime.
¶ Septimum de consideratione mor/tis.
¶ Octauum de prouidentia futurorum

Capitula octaui libri in quo tractatur de statu ecclesiasticorum. 111

Primum qualiter viri ecclesiastici debent habere curam de subditis in moribus et scientia.
Secundum de exemplaritate prelatorum.
Tertium de electione prelati.
Quartum quomodo non debet eligi fauorabiliter prelatus.
Quintum de moribus sacerdotum et virorum ecclesiasticorum.
Sextum de continentia virorum ecclesiasticorum.
Septimum de moribus prelatorum:
Octauum de oratione facienda: sic ut vnus oret pro alio.
Nonum de predicatoribus.
Decimum de scholasticis.

Capitula noni libri in quo tractatur de statu principum et nobilium. 119

Primum de clementia principum.
Secundum de bonis principibus
Tertiuz de misericordia et pietate principum.
Quartum quomodo principes debēt colere deum et ecclesiam.
Quintum de moribus principum.
Sextum de vitijs principum.
Septimum de pacientia et clementia principum.
Octauum de ludis principum.
Nonum de dominio principum quomodo debet esse virtuosum.
Decimum de tyrannis
Undecimum de iusticia principum.
Duodecimum. quomodo omnis victoria a deo est.
Tredecimum de humilitate principum.
Decimumquartum de castitate principum.
Decimumquintum de moribus principum.
Decimūsextum de liberalitatate principum.
Decimumseptimum de patientia principum.
Decimum octauum de legibus.
Decimumnonum de consilio principum.
Uicesimum de militibus.
Uicesimumprimum de fidelitate militum.
Uicesimumsecūdum de bellis.
Uicesimumtertium de regimine militum.

Capitula decimi libri in quo tractatur de diuersis statibus viuentium sub principe. 137

Primum de diuitibus et eorum statu.
Secundum de pauperibus et eorum statu.
Tertium de mercatoribus.
Quartum de seruis et laboratoribus
Quintum de peregrinatione.

Desde aquí hasta la nagina. en dos de Septiembre acabado

Sextum quomodo senes debent esse venerabiles et virtuosi.
Septimum de sapientia senum.
Octauum de iuuenibus et eorum statu.
Nonum quomodo coniuges debent conuiuere in amicicia.
Decimum de sidelitate coniugum.
Undecimum quomodo coniugia legitime sunt contrahenda.
Duodecimum de parentibus erga filios.
Tredecimum de filijs erga parentes
Decimumquartum de obedientia filiorum erga parentes.
Decimum quintum de mulieribus.
Decimumsextum de virginibus.
Decimumseptimum de viduis.

Finit tabula huius libri.

a.iiij.

Doctissimi atqz excellentissimi patris: sacrarum litterarum doctoris deuotissimi: fratris Jacobi magni religionis fratrum heremitarū: sancti Augustini sophologium incipit. Cuius principalis intentio est inducere legentis animum ad sapientie amorē

Serenissimi atqz christianissimi principis francorum regis confessori. D. michaeli: diuina prouidēte gratia episcopo antisiodorensi: sui precoris humilis capellanus frater Jacobꝰ magni: ordinis fratrum heremitarum sancti augustini perpetuum famulandi affectum. Antiquorum philosophorum atqz doctorum memoratu digna eligere: et electa in summam ordinatim redigere: q̄ sit vtile: q̄qz conducibile nostri temporis studiosis hominibus: dignissime pater: tuo relinquo iudicio. Quippe qui doctum experientia: tum longo rerum vsu didicisti. Ea propter presentem libellum ex antiquorum poetarum oratorum: atqz philosophorum grauibus sententijs precipue collegi. et tuo grauissimo iudicio castigandum dedicaui.

Diuiditur autem presens opus in decem libros partiales. quorum primus est de amore sapientie: continens sedecim capitula.

Capitulum primum. qualiter sapientia reddit homines felices.

Dicit Aristoteles decimo ethicorum: qꝫ homo sapiens maxime felix est. Et Seneca ad lucillum. Beatam inquit vitam sapientia perfecta efficit. Et sequitur. Scio neminem bene viuere sine sapiētie studio. Unde veteres philosophi acquisitis vite necessarijs incipiebant philosophari: inquit aristoteles probemio metha. Quo enim iure tam famosus Salomon habetur. Nempe sapientie munere obtinuit p̄cipatum ec honorem. Ipso dicente ô sapientia preposui inquit illam regnis et sedibus. Et sequitur. Infinitus enim est thesaurus hominibus. Et prouerbiorū scdo. Melior est inquit acquisitio eius acquisitione auri et argenti. Ipsa enim est preciosior cunctis opibus. Quid amplius? Naz philosophi veteres imaginem sapientie in foribus omnium templorum pingi faciebant. ibiqz scribi: vsus me genuit: peperit memoria: sophiā me vocant greci: latini sapientiam. Ecce q̄ amabilis grecis et latinis fuit. Hi autem sapientiam non amant: qui legibus ritis nutum preferunt corrupitum. quod fecisse gentiles quosdam narrat Policratus libro quarto capitulo sexto. Qui tamen gentiles se iactabant sapientie fore amatores. Attendat igitur lector: qꝫ ille sapientiaz amat qui vere scientie opera confirmat. De tali loquens sapiens Salomon sapientie octauo sic ait.

quis fuerit iste Jacobus magnus vide per Joannem marquez en su libro de la horden de s. agustin. c. 15. y. 3 ad medium ubi meminit cum valde honorifico elogio. et bibliotheca hyspana. 2 tho. capa. 5.

Notese que expurgar se deue el expurgatorio de Vod. sil Pedro fernandez

hãc amaui et exquisiui a iuuẽtute mã et quesiui eaz mihi sponsam accipere Et ibidem.viij.optaui et datus est mi hi sensus. Jnuocaui te:et venit in me spiritus sapientie Quo enim pacto philosophi ita vocati sunt? Nam phi losophia amor sapientie est. Quam/ obrem philosophus est nomen bo/ noris Unde Alphorabius libro suo de diffinitiõe sapientie. Philosophia inquit est diuinarum humanarumqz rerum cognitio:cum studio bene vi/ uendi. Hi igitur sapientes non sunt quorum studia patent criminosa. Nã vbi malitia:ibi aut non est: aut vacat vera sapientia. Kursus posco conspi/ ciamus q alexander toti dominans orbi:sapientiam sibi elegit amicaz.cu ius ope potius q viribus sublimatꝰ est .Habuit enim Aristotelem in do/ ctorem narrante A.ge.li.noctiuz acti carum. Unde pater Alexandri scilicet Philippus macedo Alexandro nato Aristoteli misit epistolam:talem scili cet. Philippus Aristoteli salutem. Filium inquit mihi genitum scio.qua propter dis gratias agere debeo:non quia natus est mihi: z quia tuis tem poribus ipsum nasci contigit.spero ei q tua eruditione fiet dignus regno Jnsuper Alexander nequam libro de naturis refert qualiter Aristoteles oc casione Alexandri logicaz scripsit. Et sedulus naturarum inquisitor extitit. Ecce q laudabile est principem ama torem sapientie fore. cuius occasione sapientes fiunt sapientiores. et suos principatus per sapientiam reddunt stabiliores. Adhuc inquiramus qua liter pro studio Alexander vitam ex/ posuit. Narrat enim Alexander neq vbi supra:quomodo Alexander in va se vitreo mare intrauit: vt piscium na turã deprehenderet. Ceterum inquit Plinius Alexander inflamatus cupi/ dine cognoscendi animalium naturas Aristoteli summo in omni doctrina multa millia hominuz conuocauit. Jta q totius asie atq greci animalia ve natu:et aues aucupio capi fecit.quouꝰ q de qualibz specie aliquod haberet vt nullius rei naturam ignorarct.cu/ ius occasione Aristoteles fere quinqua ginta volumina de animalibus scrip sit. Kursus Seneca epistola.xcij.A lexander inquit geometriam studuit. et cum sciuisset q terra tam modica erat:tunc ait:q Alexander magnus vocari nõ debebat:eo q pugillo ter re dominabatur. Jtaq geometrie stu dio:sui dominij quantitatez agnouit His igitur narrationibus concluꝺi tur:q qui fama et honore cupit dota ri:solicite debet sapientiam venerari.

Capitulum secundum quomo/ do veteres sapientiam amauerunt.

Ulixes vt tradit Ouidius ix.merhamor.contra Her culem militie gloriam ob tinuit:cum sapiens esset. ille autẽ for tissimꝰ leonisq3 depressor. Nam illu strioꝛẽ reddit sapia virũ q corpis vi res. Unꝺ Apuleius libro ō deo Secra tis. Si laudas inquiꝺ virum quia di/ ues:hoc fortune debetur. si quia for/

Deo de agni sepulcro quando fuerunt

tis:egritudine fatigabitur.si quia no
bilis:non ipsuz sed parentes eius lau
das.si quia pulcher:pulchritudo in se
nectute abiet.sed si laudas virum qz
sapiens et quantumlibet bonis mo/
ribus ornatus:tunc ipsum virum lau
das.quia hoc non est etate caducum
casu ve pendulum:nec a genitoribus
hereditarium. Hec in effectu Apuleiꝰ
Ceterum veterum studia commemo
remus. Narratur enim in prologo hi
storie tripartite qualiter Theodosius
in armis per diez exercitabatur.et no
cte libros sollicite intuebatur.quapro
pter maximus fuisse naturalis: ex di
ctis zozomei colligitur. Unde Boe/
ius primo de consola narrat Plato
nem dixisse:q̄ respu.felix esse incipe
ret:si eam studiosi sapientie regrent:
vel si eius rectores sapientie studere
contigisset. Idem ponit Ualeri.libro
viij.capi.prio. Idemqz Socratem di
xisse narrat Policraticus libro.iiij.ca
pi.vi.Qui tamen Socrates ab Apol
line sapientissimus vocatus ẽ. Quid
amplius? Nunquid Abrahaz qui fuit
pater multarum gentiuz peritus fuit
in omni sapientia egyptiorum?actuuz
vj. Nunquid dauid habuit sapientiaz
sicut angelus dei?ij.regum.xiiij. Nun
quid Salomon petiuit sapientiaz ad
regendum populum: et obtinuit.iij.
regum.iij. Nam regale opus est sape
re et diiudicare. vt ait Tulius libro
primo de diuinationibus. Unde ec/
clesia.x. Judex sapiens iudicabit po/
pulum suum. Rursus et alios legim⁹
principes:sapientie studium dilexisse
Nero enim quãq̄ crudelis esset ele/
git tamen Senecam sapientem in do
ctorem qui de clementia librum eius
occasione scripsit. Nunqnid traianus
habuit plutharcum?cuius occasione
factus est liber de instructione traia
ni.vt patet ex epistola quam scripsit.
in qua traianus plus laudabat sapien
tiam Plutharci q̄ suam fortunaz uel
potentiam. Ceterum de Julio cesare
legimus:q̄ studiosissimus extitit cur
sumqz solis inuestigans:dies per ho
ras et momenta diuisit.bisextum in/
uenit.multosqz libellos scripsit vt pa
tet libro de vita Cesaris parte prima
De cuius doctrina Solinus libro pri
mo capi.prio. Doctrina inquit Julij
recta ratione fundata est. Et eodem
libro parum ante finem:Cesare inqt
nullus celerius scripsit.nullus velociꝰ
legit.Unde.iiij.epistolas simul dictas
se perhibetur. His igitur principatus
debebatur.quia sapientiam dilexerũt
per quã reges regnãt et principes im
perant. Unde Seneca epistola.xciiij.
In illo seculo quod aureum vocaba/
tur:sapientes regnabant:quivtilia su
adebant:et inutilia dissuadebant. ca
uebant pericula.et augebant benefi/
cia. Dos ergo principum sapientia est
Unde narratur in ecclesiastica histo/
ria capi.v. qualiter Tholomeus sapi
entiam dilexit: non solum humanam
sed diuinam. Unde septuaginta inter
pretes conuocauit:vt noticiam diuine
legis haberet. et sapientibz regni sui
cõmunicaret. Idem tangit Aug.xviij.
de ci.dei ca.iiij. Rursus de Karolo ma
gno legimus:q̄ studiosissimꝰ fuit.et
in li.Aug.precipue legit Alcuynũ quẽ
doctorem elegit a quo dialeticaz:rhe
toricam: et astrologiam didicit.

V.

Vir igitur illustris fieri cupiés:si vo
ctus ñ sit:doctorē hēat:vt sapiés fiat
Nam dauid secuz habebat Natam ꝓ
phetam et Sadoch sacerdotez:vt sa
pientum consilio non egeret. His igi
tur narrationibus concluditur:ꝙ sa
pientia studiose querenda est:vt ho/
noris nomen adipisci possit.quod ob
tinuerunt hi qui sapientiam dilexe/
runt. Cuius amor artes scientiasqz sin
gulas ministrauit. Quis enim dedit
Moisi vt litteras inueniret? Unde
habuit Gorgias rhethoricam? Apol/
lo medicinam? Pithagoras arithme/
ticam? Julo geometriam? Abraham
astronomiam? Jubal musicam? Pho
roneus:Solon: aut Ligurgus leges
Hi enim hec omnia inuenerunt:eo ꝙ
sapientie studio adheserunt.

Capitulum tertiuz quomodo fe
mine quondam artes inuenerunt.

Plurimas artes atqz scien
tias:olim femine reperie/
runt.sua quoqz prudentia
plura regna duxerunt. et hec omnia
sapientie dono:cui adheserunt. Nam
isis regina egyptiorum litteras egyp
tias inuenit vt ponit Jsido.libro pri/
mo ethimologiarum. Et carmentis
nympha:alio nomīe dicta Nychostra
tes primas litteras tradidit italicis.z
norma soror Tubalcaym mechanicas
adinuenit artes. Erictrea quoqz:atqz
Tyburtina:alieqz sibylle:futura mul
tiplici carmine descripserūt:prout nar
rat Lactan.libro.x.Sibyllarum rur/
sus lybia:sua sapiēntia dirigente glo
riosissime regnauit. Itaqz meruit:vt
suo nomine regnum suum nuncupa/
ret. Abnathea quoqz alio nomine di
cta Deiphebes virgo fuit īclita.et an
nis longeua.et referentibz poetis sua
virginitate diuinitatem obtinuit.va/
ticiniaqz plurima scripsit in batone:
iuxta lacum vbi dicitur suum fuisse
oraculum.quod quidam oraculum vs
qz in hodiernum diem intuentibus in
ducit admirationem.De hac refertur
ꝙ plurima secula vixit. Et Turqui/
no prisco.ix.libros quos ediderat at
tulit.de quibus tres combussit.et sex
residuos romani cum magna diligen
tia seruauerunt. Ceteruz Semyramis
regina vetustissima:sua fortitudine z
sapientia regna plurima subiugauit.
armaqz viris intollerabilia portauit.
Opis quoqz alio nomine dicta Ops
femina fuit que sua prudentia Jouem
Neptunum:atqz Plutonem suos fi/
lios vna cum Saturno contra hostes
seuissimos a morte liberauit. Et ideo
fuit adepta tam grande nomen:vt ip
sa diceretur mater deorum. Unde pu
blica templa sibi consecrata fuerunt
Rursus Juno que fuit opis filiaz Jo
ui tandem nupta:olim regina celorum
arbitrata est. Et vt eius memoria nō
periret sibi templum grande fecerunt
veteres.z ex marmore vario eius ima
ginem sculpi fecerunt in temploqz p
posuerūt. Ceterum Minerua alio no
mine dicta Pallas: vt quidam refe/
runt numeros prima repperit:et in or
dinem reduxit: quibus vtimur vsqz
i hodiernū diē. De ipsa ferūt poete ꝙ
ex osse tibie vni⁹ auis fistulas pastoral

primitus inuenit. Dicunt tamen aliqui q̄ de calamo et non de osse fistulam primo composuit. hec minerua apud athenienses dea sapientie nūcupata ē

Kursus Marsepta sua sapientia et fortitudine regna obtinuit. mamillam q̄ dextraz abstulit ne a sagittationis exercitio impediretur. Aragne quoq; asiatica atq; pheboia femia fuit. que artem texture atq; lanificij reperisse fertur. His igitur narrationibus patet feminas sapientie adhesisse. eiusq; gratia nomen honoris adeptas fuisse

Nunquid insuper alias feminas sapientia viguisse legimus. Nunquid Rebecca suum filiuz Jacob instruxit vt benedictionem paternam obtineret: suoq; consilio a fratris persecutōne liberauit. vt patet in genesi. Nunquid Bersabe: suo prudenti sermone pro suo filio Salomone regnuz adepta est: vt tradit liber regum. Hester quoq; sua sapienti locutione: ab Assuero rege quod voluit obtinuit. Abigail etiam sua prudentia Nabal virū suum a morte eripuit. Et Judich ab Holoferne populum liberauit. Ergo mine igitur sapientie gratia viguerūt suiq; sexus impositam ebetudinem cooperuerunt.

Capitulum quartum de studio sapientie a iuuentute.

Apud hebreos mos olim erat iuuenes instruere in his scientijs q̄ secure erāt vt recitat Origenes super cantica in principio. Itaq; non sufficit iuuenes erudire. sed vlterius conspicere oportet: ne in malis actibus seu moribus instruantur. quia teste Aristote. primo ethico. In his delectari est nobis naturale: in quibus ab infantia delectari incepimus. Unde Anselmus libro de similitudinibz capitulo. iiij. Mollis cera imaginem sigilli faciliter recipit. sed cum indurata fuerit: retinet nec de facili dimittit. Adolescentes igitur ab exordio in sanctis et virtutibus instrui debent: prout faciendum tradit August. xij. de ciui. capi. lj. Infans inquit suam capacitatem non excedat: quasi diceret q̄ in sapientie studio temperamento regulari debet. Illorum iuuenum reprobanda est vita: quorum occupatio vanitas est. et senectus morū dissipatio erit: sceleratag; abissus. Cur enim artes liberales discuntur: nisi quia liberis signanter nobilium debentur: a quibus tamen cōmuniter deseruntur? Utinam hi attenderent cū to sapientie studio precedentes forez vacauerūt in senectute: pariter et iuuentute. Narrat enim. A. gellius libro vij. capitulo. x. Qualiter Euclides sapientie studium tantum dilexit vt periculo mortis se exponeret. quia non obstante decreto atheniensium: Socratis doctrinam audire disposuit

Insuper Hierony. epistola. xxxiij. Narrat qualiter aliqui philosophi p̄pter studium sapientie calcabant honores. Alij proijciebant diuitias. Alij acceptis iniurijs gaudebant. Alij penas spreuerunt. Alij heremum intrantes soli philosophie se dedicarunt.

Unde teste Ualerio li. viij. capi. vij. Charneades laboriosoz diuturn? sapiētie miles nonagita ānis studio sapie

vacauit ita vt studij causa nutrimen tum sepius accipere obliuisceretur.
¶Insuper Hugo in didascalicon par te secunda. Narrat qualiter philoso/ phi omnia relinquebant: vt sapientie studio vacarent. ¶Nam permenides xv. Annos in rupe egyptiaca sediſſe legitur studij causa. Et Prometheus meditandi causa: in mõte caucaso vul turi expositus memoratur. Themisto des quoq3 expletis centum et septem annis: mortem deflebat: dicens se do lere mori: cum sapere cepisset. Plato vno et octogesimo anno scribẽs mor tuus est. Socrates eum libru3 qui pa nathenaicꝯ conscribitur: nonagesimo quarto anno scripsisse dicitur. vixitq3 quinquennium postea. His igitur exẽ plis patet: qꝫ amandum sit sapientie studium. Cuius sunt due claues: quas expressit quidam senex carnotensis: narrante Policratico libro. vij. capi. xiij. Prima clauis est amor docentiu3 prout ait Quintilianus libro de insti tutione oratoria. Secunda clauis est sollicitudo studentium. quia tunc op tiẽ docet qui legit: si amat eos quib3 legit. et audientes optime proficiunt: si attente ꝛ sollicite audiũt. O q̃ enor me tardum pigrumq3 plurium reperi tur studium. Quot sunt patres filios permittentes sterilescere. Unde Tu lius in primo rhetorice veteris quid inquit agis? Cur perdis adolescentes Et sunt verba Terentij. Et idez Tu lius in primo officiorum. ¶Est igitur inquit adolescentis: maiores natu ve reri: ex hisq3 deligere optimos ac pro batissimos: quorum consilio atq3 au ctoritate nitatur. ¶Insuper Crisosto

mus super Matheum omelia. x. Si/ cut terra infructuosa sic iuuentus ne glecta. Nihil ergo laudabilius: iuue tute culta et studiosa. et nil e diuerso vituperabilius iuuentute stulta et in culta. ¶Unde Ualerius libro. vij. ca/ pitulo. v. Ciuitas nostra nobilium iu/ uenum ingenia ab insolertia reuocan do: magnos et vtiles ciues fecit ho/ noribusq3 meritos. Quamobrem hie ronymus libro de institutione filie. nihil discat audire: nihil loqui: nisi qõ pertinet ad timorem dei. turpia nõ in telligat mundi cantica ignoret. eiusq3 lingua psalmis dulcibus imbuatur.
¶Ecclesiastes. vij. Filie tibi sunt: serua corpus illarum. et non ostendas hyla rem faciem tuam ad eas. Ideo beatꝯ Gregorius in registro. peto inquit vt paruulos duos quos nutris precipue moribus instruere cures. vt scilicet ea loqui debeant: que mentes eorum in caritate postulant. Juxta illud eccle/ sia. x. Letare iuuenis ī adolescẽtia tua et in bonis sit cor tuum. Nunc autem sapientie studio relicto iuuenes vice doctorum sceleratores imitantur cor ruptores morum. Quapropter dicit ¶Augustinus epistola. lxxxix. Eligendus ẽ magister probe etatis: sancte vite et eruditionis vt felicz eius exemplo iu uenes imbuantur: qui mala diligunt in quibus nutriuntur. Sic enim de A lexandro legimus: qꝫ exemplo leoni/ dis magistri sui: multa vitia retinuit. quibus omĩno carere non potuit.
¶Unde Hieron. epistola. lxxxvij. In tenera etate facilꝭ sancte cõuersatõis vsus inolescit. aimusq3 iouratꝯ nõ ô facili ad arbitriũ volẽtis trahi potest

Joco Tul.li officiorum primo dicit: q̄ ineuntis etatis inscicia senum constituenda et regenda prudentia est. In/cunte enim adolescentia: tunc est maxima imbecillitas consilij. Ipsi enim sunt ad leuitates prompti. Unde vinum negandum esse pueris docet Seneca libro.ij de ira. Ipsosq̄ cibis non esse inflandos docuit Plato. Nam castrimargia sapientie studio nimis contradicit. eo q̄ nutrix est voluptatis: que maxime philosophie inimicatur. vt inquit August.libro.iiij.contra Julianum. Unde Hugo in didascalicō parte secunda. Narrat qualiter cuidā sapienti fuit petitum que erant necessaria studenti.qui respondit:mens humilis.vita quieta. scrutiniuz tacitū leta paupertas.terra aliena.non erubescere petendo et scientia adepta:neminem contemnere. Et concludit ibidem:q̄ quattuor portant lecticam philosophie scilicz.amor.labor.cura et vigilia. His ergo modis scientia acquiri potest:que tūc efficatiam sortitur:siue ita conscientie conformetur. Unde Hieron y.epistola.xxxiiij. Narrat qualiter Hypocrates discipulos adiurauit:anteq̄ eos doceret:q̄ mansuetudini et moribus insisterent. Socrates etiam vniuersam philosophiā ad mores corrigendos reduxit.vt ait Seneca ad lucillum epistola.lxxiiij. Et August.viij. de ciui.capi.iij. Idem ponit Tul.in tuscula.questionibus li. quiti prologo dicens. Socrates autē primus philosophiam deuocauit e celo.et in vrbibus collocauit.et in domos etiam introduxit.et coegit de vita et moribus:rebusq̄ bonis et malis querere. Rursus iuuenis attendat:ne paruam doctrinam discat. Unde apud lacedemones libri archilaci de ciuitate sua electi fuerunt.eo q̄ quedam turpia licet subtilia continebant narrante Valerio li.iij.capi.vi. Discat ergo iuuenis doctrinas sanas. Nam insane doctrine falsitatibus permixte sunt:atq̄ doctrine non merentur vocari. Unde Bern.super cantica omelia.xxxv. Est omnis scientia bona dū veritati subnixa sit. Sed quidam scire volunt:eo fine tantum vt sciant.sz turpis curiositas est. Sunt etiam qui scire volunt vt scire videantur. Sed turpis vanitas est. Et subdit:sicut cibus indigestus corpus corrumpit:sic sciētia igne caritatis scilicz bonis operibus non digesta anime corruptio ē. De tali sapientia loquitur sapiens ecclesia.primo. In multa sapientia:multa indignatio.

Capitulum quitum quō sapientia est necessaria regibus.

Ioseph cum a suis fratribus fuisset venditus: non diuitiarum multitudine:sz per sapientiam obtinuit:vt dominaretur in omni terra egypti.gen̄.xlij. Unde Vegetius libro primo de re milit. Nullus est cui sapientia magis cōgruat :q̄ principi.cuius doctrina omnibz debet prodesse subiectis. Ideo iuuenes nemo eligit in duces.quia non cōstat eos esse prudentes.vt dicitur.iij. thopi. Nam sapientia fecit romanos domīari.vt inquit Pollicra.libro.vij. et libro.iiij. Romani inquit viguerūt

archillaci ptm libri
alacrde mo[illegible]
V.

q̃ olim litterati fuerunt: sed ex quo virtus litterarum in eis languit: ex tunc manus armata infirmata est: et cecidit principatus. Quoniã sapientia ait per me reges regnant prouerbi. viij.

Cur ergo traianus olim hortabatur regem francorum: vt suos filios in artibus liberalibꝫ erudire iuberet. narrante Policrati libro vi. nisi quia rex illiteratus est asinus coronatus. Rex enim insipiens perdet populum suum ecclesia. x.

Unde Hieroboam ex sua imprudentia decem regna perdidit: q̃ sibi dimiserat pater suus. Sapiẽtia ergo regna stabilia facit.

Unde in morali dogmate philosophorum narratur qualiter Xerxes rex medorum innumerabilem habens exercitum: contra paucos grecos bellaturus accessit Cui quidam dictus damacetus. Ista inquit multitudo tibi placet domine mi rex: sed metuenda. quia dubium ẽ indoctam multitudinem regi prodesse posse. nec diu durare potest: quod regi nõ valet. Unõ Uegetius libro. iiij. dicebat se esse deceptum: eo q̃ multos habebat homines. sed nullos habebat discipline subiectos. Prudentia ergo principibus victoriam prebet: viteqꝫ honestatem. quia impossibile est prudentem non esse entẽ bonum. vi. ethi. Utinam ergo principes sapientiam diligerent. Sed fortassis superbia eleuauit corda eorum: ita ut negligant omnia que a prudentibus scrutari debent. Utinam reminiscerẽtur qualiter Dionysius licet tyrannus Platonem sapientem honorifice suscepit. narrante Pollicra. libro. vij. capitulo. xxxviij. Sed bi sapientes nõ amant: qui sapientes fieri non curant

Eorum ergo principatus ruine gerit timorem.

Capitulum sextum quomodo sapiens omnia possidet: et stultus nihil

Et de uera sapientia

Nihil possidet is qui sapientia caret: aut qui seipsum non habet. Stultus vero se non possidet: eo q̃ se regere nescit

Sapientis autẽ sunt omnia quia nullo eget. Unde Seneca epistola. ix. Allegat Crispinum dicentem: sapientem nulla re egere: et tamen multis illi rebus opus esse. Econtra stultum multis indigere. sed ei nulla re opus est nulla enim re vti scit. Nẽpe egere ille dicitur: qui desiderat quod ab eo nõ habetur. et exinde molestatur. quod sapiens non facit. quia ex sibi possibilibus contentatur. Unde idem Seneca libro. vij. de beneficijs. Dicitis o stoici omnia sapientis esse. quomodo ergo potest aliquis dare sapienti: si omnia eius sunt? Nihil enim prohibet bona Ciceronis esse et sapientis qui tamen ea non possidet. Sed quomodo sua erunt: si non est possessor eorum? Ideo enim sua esse dicuntur: q̃ suo subsũt imperio. Et quomodo subsunt ex quo ea nõ habet? Reuera nec habere petit: et si petat tunc ea habebit. Alias enim petere sapientis non est. Ecce ergo quomodo sapientis sũt omnia.

Studeat igitur homo sapiens fieri nec p̃studeat ditari. quia omnis sapiens diues. Multi enim sapientes creduntur: qui non sunt sapientes. Unde Lactan. li. de falsa sapiẽtia

naturam inquit hominis deus hanc esse voluit: vt ouarum rerum homo cupidus ac appetens esset: scilicet religionis ꝛ sapientie. Sed homines ideo falluntur: quoniam aut religionem sine sapientia suscipiunt: aut sapientie soli studeant religione omissa. Verum tamen altera sine altera esse non potest. Nomine autem religionis bonitas capitur ꝛ nomine sapientie vera philosophia qua mores astruuntur. Vñ plato dicit amatorem dei: philosophum esse. Teste Augustino octauo de ciuitate dei. nec tamen quis credat veram philosophiam esse illam: quaꝫ studio humano acquirimus: sed illam quam nemo mortalis est assecutus.

Unde. Tullius in libro de amicicia. negant inquit scilicet veteres quēq̄ esse bonum virum: nisi sapientem. ſꝫ ad illam sapientiam interpretantur: quaꝫ nemo adhuc mortalis est assecutus. Queres igitur fortasis: que sit illa vera sapientia. Reuera ipsa est qua deus cognoscitur. Unde lactan/tius libro de vero cultu: sicut in stine re celebrando nihil prodest viam nos se: nisi conatꝰ ac vires suppetant ambulandi: ita veri scientia nihil prodest si virtus propria deficiat. Scientia autem est deum noscere. Dices tamen philosophie plurimas esse partes. Suprema autem pars est: qua deus cognoscitur. Et alia quedam pars est: qua homo in agendis dirigitur. De qua Tullius in tusculanis questionibus. libro quinto. Sapientis proprium est nihil propter qđ penitere possit: facere nihil inuite: sed splēdide ꝛ constanter omnia peragere: nihil expectare ꝑ certo futurum. nihil cum acciderit admirari suisq; stare iudicijs. O q̄ desiderada est hec sapientia: qua bene viuitur: qua liber homo efficitur. Unde Tullius libro de paradoxis. sicut improbo et stulto homini bene esse non potest: sic vir sapiens ꝛ bonus miser esse non potest. Omnis sapiens liber omnis stultus seruus. Huic tamen sapientie stulti multi contradicunt. Illoſq; predicant stultos: qui studijs sapientie insistunt. Horum tamen teste Seneca epistola. xliij. nunc̄ intantum conualescet nequicia: nunc̄ sic contra virtutes confirmabuntur: vt nō philosophie nomen venerabile ꝛ sacrum maneat. quoniam vt ex prouerbijs sapientum colligitur rem maximam timbi sapientia promittit: vt te reducat tibi. Sed hanc paucissimi habent. Unde catho. Sermo datur cunctis animi sapientia paucis. Si tamen sapientia haberetur: diuicie que magno labore acquiruntur: velut inutiles pretermitterentur. Unde claudia. in maiori opere. Magnas ingenij copia vincit opes quia scilicet homo ingeniosus ꝛ sapiens vincit magnas opes. Nam opibus non fit sapiens homo: sed sapientia diues.

Capitulum septimum de di/spositione ad sapientiam: ꝛ de quiete contemplantium.

Nulla est via melior ad ve
ram ⁊ infallibilem sapien
tiam: q̄ vita virtuosa.

Unde augustinus in libro octuagin/
tatrium questionum allegat dictum
cuiusdam sapientis fontei nomine:
q̄ scripsit quidam paganus postmo
dum baptizatus. hoc inquit miseri a/
gite hoc agite: scilicet baptizemini: ne
vnq̄ polluat hoc domicilium spiritꝰ
malignus: ne sensibus immixtus infe
ctet anime sanctitatem: lucemq; men
tis obnubilet. Nam ipsis adheret
somnis latet in tra. impletq; omnes
meatus intelligentie: per quos lumen
rationis solet infundi. Itaq; apparet
q̄ sancte ac catholice viuere: medius
vere sapientie est. Sed quia in vir/
tutibus stulti reperierunt amarituoi/
nem: ⁊ in criminibus voluptatem: ide
o mala pro bonis amplectuntur. Un
de lactantius in libro de falsa religio
ne: quia inquit in virtutibus amari/
tudo permixta est: vitia vero volup/
tate condita sunt: ideo stulti illa ama
ritudine offensi ⁊ voluptate decepti:
mala pro bonis amplectuntur. Et idē
lactantius libro de vera religione et
sapientia Veritas inquit acerba est
omnibus his: qui vitam suam morti
feris voluptatibus dedicarunt. Sed
reuera menti virtuose nil pulchrius
studio sapientie est. Unde quin
tilianus libro octauo institutionum
oratoriarum. pulcherrimum opus est
vacare studio. quia mens non vicijs:
sed studio libera est. Illi igitur re
probandi sunt qui studio vacare pi/
gresc̄unt. Unde ex prouerbio sapi/
entum colligitur. vt auri aliquid ex/
trabamus: terras euertimus: vt autē
summum aucupemur pectus: scruta/
ri pigret. quia scilicet omnes labores
accipimus: vt aurum possideamus:
sed pro sapientia qua deus cognosci
tur: laborare pretermittimus. Arbi
tror enim peccata hoc facere. Un
de Seneca epistola. liij. vitia sua con
fiteri sanitatis indicium est. Qui sa/
piens igitur fieri cupit: delicta tol/
lat quibus studium offenditur. Un
de prudentius. O quotiens animam:
vitiorum peste repulsa: sensimus in/
caluisse deo. quotiens tepefactum ce
leste ingenium post gaudia candida:
retrocessisse in stomacho. Que ver/
ba nihil aliud sonant: nisi q̄ vicijs re
pulsis anima inheret studio sapien/
tie: sed per vitia retardatur. Unde
prosper in epigra. Cor mundum ⁊ sa
piens fructu virtutis alatur. Et chri
sti in nostro pectore regnet amor.

Nēpe amor studētēq; excitat. ⁊ moraꝫ
facere non permittit. Sollicitum er/
go erit studium in amore si fundetur
Unde ouidius secundo de arte. Est
mora tuta breuis. lentescunt tempo/
re cure. vanescitq; absens: ⁊ nouus
intrat amor. Vir ergo studiosus sa/
pientiam querat: qua mens perfici/
tur. Qua etiam in hoc crescit homo
in quo brutis dominatur. Rur
sus petunt quietem omnes. sed quie
tus eē non p̄ot qui sapiens non est.
Un̄ Seneca epistola. lvj. nil a placida
est quies: nisi quam ratio composuit
nullaq; res animi sapientis cuocat.
nullusq; auium concentus interrum

pit cogitationes bonas solidas quo/
q3 iam et certas. Itaq3 in bonis co/
gitationibus ⁊ studijs quies est.

¶Unde narrat A.gel.libro primo no
ctium acticarum:quomodo socrates
a solis ortu vsq3 ad occasum immo/
bilis studio vacabat: atq3 oculis in
eundem locum directis contempla/
tioni insistebat.De mundi enim solli
citudinibus minime curabat.totius/
q3 mundi incolam et ciuem arbitra
batur. Nihil autem se scire dicebat:
nisi in hoc ipsum q̄ nihil sciret. Un
de et carneades sapientie studio va
cans cibum sepius capere pretermi/
sit:vt alibi dictum est.narrante Va
lerio libro octauo capitulo septimo
Cur ergo mundani quietem non ha
bent quia non in diuinorum sed hu
manorum studio se occupant. ¶Un
de Seneca ad Lucillum epistola oc
taua.Mihi crede nam qui nihil age
re videntur maiora agunt. humana
diuinaq3 simul tractant.quasi diceret
q̄ mundano studio non ita insisten
dum est quinetiam diuino intenden
dum.Alias mentis quies haberi non
potest.Dicente beato augustino.Do
mine inquietum est cor nostrum: do
nec quiescat in te. Huius autem quie
tis via:est vita virtuosa.

Sapientia rerum et naturę causas docet Est pabulum animę Et via ad Deum

¶Capitulum octauum.quomo/
do sapientia omnia vincit.

Non bene conuenit Treulus

SApientia omnia comple/
titur.nihilq3 ignorare per
mittit.et singulorum noti
ciam prebet. q̄ igitur amanda est sa
pientia.quid em̄ iocundius aut felici
us tibi:q̄ cum humana cognoueris:
diuinas scias scientias. Reuera pre/
bet pabulū anime:studium sapientie
¶Attendamus igitur q̄ sit delectabile
naturalia perscrutari.Unde tul.in dia
logo ad hortensiu3. est inquit animo
rum ingeniorūq3 naturale: quasi pa
bulū quoddam:contemplatio nature
Et diximus ad alexandrum: nulla in
quit spectacula vel certamina tantu3
affectamus:sicut sapientie studium.
in qua sapientia videmus celum pul
chre formatum: signorum veritatem
stellarum fulgorem rutilare.videm9
q̄ pelagus purpureo colore venustū
germana3 terrā amplectit. cui9 pela
gi multiformes pisces per equoreas
vndas saltus exercent. campor̄ etia3
virentiū specie delectamur:ex quib9
odor gratissimus:flores suauitatis ex
alans:oculos hominū simul pascit et
animū.nemor̄ quoq3 aest opacitas
⁊ fontiū arridet amenitas.Assunt et
volucres dulce cōcinētes melos.Hec
inq3 sūt nate spectacula.quer imitari
difficile est:⁊ refutabile culpabile.
¶Sed nunquid hec omnia sapientia p̄
bet? Reuera sic.quia omniū naturas
docet. Unde seneca de naturalibus
quest.li.tiij.dicit sapientes debere na
turaliū inquisitioni vacare.dulce in/
quit spectaculū est singula scrutari.
¶Sed reuera pretermisso sapientie stu
dio plures manib9 occupationibus a
gitant.⁊ querunt extra studiū cam/
pum.extra nemora sapientie feras.
¶Itaq3 malunt rerū incorruptibilium
vsus q̄ noticiam ppetuo duraturam.
¶Unde fulgen. libro.ij. mitolo. narrat
q̄ cum diogenes dolore graui torque

retur: ꝛ vidisset homines ad amphi/
treatrũ currentes: aiebat. quanta hoim
stultitia. currunt vt videant homines
repugnare feris ꝛ me pretereunt cum
naturali dolore certantem. Hij etẽ
sapientes non erant. quia cursibus nõ
acquirit̃ sensus: sed opere bono sedu
loq3 studio. Unde virgi. in geor. j. Fe
lix qui potuit rer̃ cognoscere causas
Et tul. li. j. de diuinatione. Si quis
mortalis: colligationes omnium causa
rũ animo ꝓspicere posset: nil eum ꝓ
fecto falleret. Nam ex notitia morta
liũ cognitio ꝓpenditur conditoris.

Unde ꝓsper in epigra. En miris ope
rum signis ostendit̃ actor: auctorẽq3
sua cõdita quẽq3 canunt. Cũ igit̃ sapi
ens humana conspexerit: deũ inueni/
et. in cuius contemplatione quietabit̃
Audisti igitur sapientiam nature cau
sas edocere. Nunc autem ꝛ de diuinis
loquentem meditemur. Nã ipsa sapiẽ
tia infima ꝛ excelsa ꝑscrutatur. Si eã
ea possideris: quantum tibi suppetit
omnia cognosces. Unde lactan. in li.
de origine errorꝭ: nobis inquit ꝓprie
datum est celũ intueri: vt deum quẽ
oculo videre non possumus: mente
contemplemur quid tam ꝑspicuũ: cuz
natura celestia contemplamur quoruz
consideratione manuducimur ad con
templandũ: ita qualis sit natura deox

Unde tul. libro. ij. de natura deorum
nihil inquit difficilius q̃ꝫ a consuetu/
dine oculorum aciem mentis abduce
re Ecce quanta difficultas est deum
venari. cuius tamen cognitionem: ex
visibilibus sapientia prebet. Juxta il
lud apostoli. Inuisibilia dei per ea q̃
sunt a creatura mundi intellecta con
spiciuntur. Unde tul. in libro de crea/
tione mundi. parentem vniuersitatis
huiꝰ inuenire difficile est. quia soli sa
pientes deum cognoscere possunt.

Uulgus autem sapienti credit. Con/
spiciat ergo sapiens creaturas dei: vt
deum cognoscat ipse. Unde boe. li. v
de consolatione. Qui recto celum vul
tu petis: in sublime feras animũ quo
q3. Et iuuentus libro primo. Felices
puro qui celum corde tuentur. Uisibi
lis deus bijs per secula cuncta manc/
bit. Nam et deus homini vultum er e
ctum prebuit: vt celum conspiciendo:
deum cognosceret. Bruta vero terrã
cernunt. in quã resoluitur eorum vita

Unde ouidiꝰ libro ꝓmo methamor.

Pronaq3 cum spectant animalia cete
ra terras. Os homini sublime dedit
celumq3 videre iussit: ꝛ erectos ad sy
dera tollere vultus. Et bernardus sil
uester in microcosmo. Bruta pacien/
ter habent tardos animalia sensus.

Cornua deiectis vultibus ora ferunt
Sed maiestatem mentis testante fi/
gura. Tollit homo sanctum solus ad
astra caput. Ut celi leges inde flexoſ
q3 meatus Exemplum vite possit ha
bere sue. Unde cum quidam empedo
cli philosopho quereret: cur viueret:
respondit: vt astra inspiciam. celũ sub
trahe et nullus ero. Iste est empedo/
cles qui sic deum legitur descripsisse.
Deus est spera cuius centrum est vbi
q3: ꝛ circumferentia nusq̃. Alibi ta/
men legi democritum hoc dixisse.

Quicquid sit: tamen empedocles sa/
pientie studio mediante: deuz pro vi
ribus inuestigauit: et vt refert lactã
tius mortem sibi intulit: eo ꝙ animaſ

eternas suspicabatur. Ex predictis ergo patet: qualiter philosophia: naturalium et diuinorum noticiam pstat.

¶ Capitulum nonum quomodo est iugiter studendum.

AD hoc datus est homini intellectus: vt intelligat: ⁊ cognoscat. Via autem cognitionis studium contẽplatio est Sed quia teste hypocrate in amborismis vita breuis ars vero longa: cõgruit volenti sapiens fieri: studiosissime atqꝫ sollicite scientias contemplari. Nam et licet predicta verba de arte medicine dicta sint: nihilominus quelibet ars ⁊ scientia longa est. Et ad eius adeptionem vix humana vita sufficere potest. ¶ Nam teste tullio in dialogo ad hortensium: omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus. est enim et in ipsis rebus obscuritas ⁊ in iudicijs nostris infirmitas ¶ Unde fertur qꝫ theofrastus aristotelis discipulꝰ: accusabat deum dicens. ¶ Cur inquit ceruis et cornicibus vitaꝫ diuturniorem prestas: cꝫ hominibus quorum si etas posset esse longior: omnibus perfectis artibus eorum vita eruditetur? Uita igitur breuis. ¶ Sint igitur studia sollicita. ¶ Quid enim dulcius ocio litterato: inquit tullius quinto libro de tusculanis quẽstionibus. Erubescant igitur inuoci / les ⁊ ydiote. quibus discere nulla cura est. aut quia scientiã spernunt quã ignorant: aut quia scientiam iactant se habere: quã non habent. Nam teste tullio de diuinatione libro primo. ¶ Omnis temeritas in rebus turpis est ¶ Unde socrates sapientissimus se nihil scire dicebat. nõ igit̃ tollat studiũ tuum desidia vl̃ superbia. Nam teste ouidio quarto de tristibus ingenium qꝫ meum longa rubigine lesum: Torpet ⁊ est mlto cꝫ fuit ante minus. ¶ Qõ verum est de hijs qui minime studeant. Nam studendo ⁊ contemplãdo gaudet natura varietate: vt ponit varro in suis sẽtencijs. Et aristoteles primo ethi. ex hesiodo refert: qꝫ iste quidem optimus: qui ex seipso omnia intellexerit. bonus autem rursus ⁊ ille qui bene diceti obediet. qui vero nec ipsemet intelligens est: nec alium audiens in animo ponet: hic prorsus inutilis vir dicetur. ¶ Quid enim inter humanas occupationes delectabilius cꝫ scientias meditari: veritates contemplari: ⁊ artibus illustrari: Nil em̃ melius inter humanas complacentias noui. Nam studio ⁊ contemplatione fit homo sapiens: et felix amabilis cunctis. Unde narrat valerius maxi. qꝫ marcellus captis syracusis archi / denio philosopho pepercit: eius visa prudentia qua floruit cuiusqꝫ studiuꝫ sapientie olim queuis beneficia impetrauit. ¶ Attendamus quoniam teste Seneca ad lucillum epistola. xlix. docilem natura nos condidit: ⁊ rationem dedit imperfectam: sed que perfici posset. Et epistola. lxxvj. cꝫdiu viuis: tam diu discas ¶ Et quintilianus libro secundo institutionum. ¶ Sicut

officium preceptorum est docere: sic discipulorum dociles se prebere. scientia namq; cõualescere nequit: nisi tradentis ⁊ accipientis concordia socia ta fuerit. Itaq; congruit sapientie studio se exhibere. aut saltem arte in aliqua se occupare. nihil tamen sapientie studio melius. Sed vt ait apuleio libro de deo socratis in quibusdaz mirandum est q̄ minime discere volũt: ⁊ causam eorum que vident negligũt Huiusmodi sunt hij qui sapientes fieri non amant qui ꝑ solo statu aut victu corporis laborant ¶ Utinam hij attenderent socratis studia. de quo refert valerius libro octauo. q̄ addiscere quotidie non desistebat. De pithagora etiam fertur q̄ doctrinis iugiter insistebat. Unde eunodius artiuz magister est instantia: nouerca eruditionis est negligentia. Ideo catho ¶ Instrue preceptis animum ne discere cesses. Nam sine doctrina vita est quasi mortis ymago. Ne pudeat que nesciens te velle doceri. Scire enim aliquid laus est: pudor est nil discere velle. Posco igitur vt attendat lector: superbiam: ignorantie matrem existere ¶ Plures namq; vano fastu seducti discere verentur a doctoribus eis ne detegatur eorum ignorantia. Malunt enim vt arbitrentur homines eos scire quõ nesciunt: q̄ interrogando scientiam acquirere quã adepti non sunt. ¶ Tales etenim in sua ignorãtia vitam deducunt parumq; proficiunt. quia docentem non libenter audiunt. maxime tamen desiderant sapientes fieri: vt famam habeant: nam eorum desiderium gloria est. eo tamen pacto quo scire petunt: vt honorentur: scire recusant ne humilientur ¶ Superbia itaq; scientiam postulat: quam accipere dependenter recusãt ¶ Ignarus tamen semper erit qui discere erubescit ¶ Si nempe felix fieri peroptas: vt omnes cupiunt viuentes quomodo ergo studium sapientie contemnis? cur renuis doceri. Nam teste ouidio quinto metham or. fas ẽ ⁊ ab hoste doceri. quia nullo casu debet io ꝓtermitti: qõ mentem perficit. Unde ouidius primo ō arte amandi ¶ Ingenium celeste suis velocius annis surgit ¶ Sed non nisi per doctrinam: que a scientibus postulanda est. ¶ Kursus queso animaduertamus: quanto zelo veteres sapie studio inbeserunt. Sepe nempe quosdam numeraui ⁊ numeraturus sum: sed non adest scribendi facultas eos quorum studia iure commemoranda sunt. plures namq; meditationem ita dilexerunt: vt relinquerent vrbes locupletissimas ⁊ vastam solitudinem eligerent, q; nihil porro studiose mentis tam congruum est: sicut solitudo.

¶ Nam qui cum multis est: secum non est. ⁊ qui sibi abest con tẽplari nescit.

¶ Unde tullius p̄mo de officijs multi tranquilitatem sperantes a negocijs publicis se remouerunt inter quos nobilissimi viri philosophi ⁊ homines graues fuerunt: qui nec populi nec p̄cipum mores ferre potuerunt. vixerũt q; nõnulli in agris. Uñ sene. libro. vij de naturalibus questionibus fac lucilli qõ facere cosueuisti ⁊ a turba quã tum potes te separa ¶ Et idem seneca

epistola secunda. primum argumen / tum composite mentis existimo: pos se consistere: ⁊ secum morari. Et idez epistola septima. Inimica est multo / rum conuersatio. ⁊ vtiqz quo maior est populus cui miscemur: hoc plus periculi est. Et epistola quindecima. Quicquid facias cito redi a corpore ad animum tuum. illumqz diebus ac noctibus exerce. Et epistola decima nona. Si potes subduc te istis occu / pationibus. hijs enim documentis clare deducitur: ꝙ contemplantibus bona est solitudo. Unde in ꝓuerbijs sapientum dicitur: rem maximam ti / bi sapientia promittit: vt reducat te ibi: solitudinez que vult cum innocen tibus viuere. Et ouidius tertio triste um. Viue tibi ⁊ longe nomina ma / gna fuge. Unde prosper libro epigra. Scutari legem possunt: si a strepitu mundi libera corda vacent. Itaqz cõ templationis locus solitudo est. Sed nunquit solitudo melancoliam gignit: quis autem melancolicus stu dere valet. Attende nempe ꝙ melan colia pro tristitia capitur sepe. Et ita studium impedire solet. Si autez me lancolia capiatur pro ista natura que melancolia dicitur: melancolicus fie ri ne dubites. quia ceteris complexio nibus melancolia est ingeniosior. et licet sit terrestrior: est tamen cogni / tione acutior: dicente tullio in tuscula nis questionibus libro primo aristo / teles inquit ait omnes ingeniosos me lancolicos esse. neqz tardiorez hijs es se: moleste non feram.

Capitulum decimum quomo / do non sufficit legere sed audire opor tet. Nec congruit arti bus quibus- cumque animum exhibere

Libros euoluere seu lege / re ꝓ studio: eiusqz vtilita te non sufficit: sed docto / res idoneos audire congruit. Nam au ditus via est ad disciplinam. Si vis er go doctus fieri: virum elige doctum cui obtemperes: cuius doctrine acqui escas. Nam discipulum proficere fa / cile non est: si proteruire: aut redar / guere suum presumat doctorem.

Unde in libro primo musice veteris fertur ꝙ cum pithagoras discipulos instrueret: nullus sibi contradicere au debat: nec rationem querere eorum que dicebat: sed erat eius ratio do / centis autoritas. Nam et in philoso / phia guil. de conchis quam duci no manorum ascripsit me legisse recolo ꝙ olim discipuli per septẽnium suos magistros audiebant: anteqz aliquid loquerentur. huius vero temporis scolares redarguere suos doctores non verentur. quinimo ⁊ de ea questi one de qua interrogant determinare presumunt. quod non est facere viam ad disciplinam. Fortassis etiam do ctorum insufficientia: viam discipli / ne claudit. et auditorum temeritatem propter ebetudinem refrenare non audent. Doctus ergo fieri si poscas ydoneum exquiras doctorem.

Unde varro in suis sentencijs. Illum quidem eruditorem elige: quẽ magis

miſreris in ſuis q̄ in alienis. ¶Nil e/
nim magnificum docebit:qui a ſeip̄o
nil didicerit. Abſit igitur a te: vt do/
ctorem imperitum eligas:ſed in limi/
tibus tui ingenij conſiſtas. tuncq3 capa
citati magiſtrum exquiras. ¶Et hoc
maxime dum iuuenis es: tenerioriſq3
etatis. tunc enim quicquid conceperis
facilius radicabitur: vt tangit quin
tilianus libro primo inſtitutionum.
Teste ysidoro secundo ethi mo. Logica est rationalis scientia in qua disputatur quemadmodum in rerum causis: aut vite moribus veritas ipsa queratur. Et dicitur logica a logos qđ est ser/mo:eo q̄ circa sermonem ratiocinati/uum versatur. Alio nomine etiam dyaletica nominatur.eo q̄ disputatio ex duorum sermone conficitur: hanc autem scientiam primus inuenit pla/to: qui floruit cathegoriis. Postmo/dum eius discipulus porphirius flo/ruit hysagogis.z Boetius sophisma tibus argutisq3 enigmatibus. Aristo teles quoq3 libros q̄plurimos scrip sit de hac scientia videlicet librum pe ryarmenias in quo agit de terminis. librum predicamentorum in quo agit de ordine terminorum ad sua genera librum priorum in quo agit de syllo/gismis.librum topicorum in quo agit de locis.librum elencorum in quo a/git de fallacijs.librum posteriorum in quo agit de demonstrationibus. Au gustinus etiam logicam scripsit quaz incompletam vidi. Ulterius aduertendum q̄ dialetica dicitur ars artium: scientia scientiarum sine qua nulla scientia perfecte scitur. Un de ysidorus libro secundo .dialetica est disciplina ad differendas reruz cau sas inuenta. Et diuiditur secundum richardum in libro exscriptionum in grammaticam et rationem differendi sed hec diuisio communis non est.

Alio ergo modo potest dici.q̄ logi/ca tres habet partes:quia considerat de terminis: de propositionibus : et de argumentis. Unde argumen tatio est subiectum logice.eo q̄ omni a que in logica considerãtur:ad argu mentationem reducuntur. Argumen tationis duo sunt genera.quia quedaz est formalis:sicut syllogistica que te/net in omnibus terminis cõsimili for ma retenta.Forma autem tunc tene/tur quando qualitas et quantitas p positionum seruantur.Alia est argu/mentatio materialis que tenet solum modo gratia terminorum. Cuiusmo di sunt consequentie in locis. Rur sus in dialetica quedam sophistica di cuntur insolubilia:non quia solui non possunt:sed quia de difficili soluun/tur ratione implicationis eo q̄ falsi/ficant se ipsa. Ulterius in logica est quedam ars que dicitur obligationuz per quam docetur homo pertinenter respondere: et propter concessionem possibilis ab impossibili cauere. Hec autem omnia et similia : speciali tractatu indigent. Pro nunc autem scire sufficit:q̄ dialetica docet verum a falso discernere:licite arguere: falla cias euitare:et huiusmodi.

Capitulum tertium de rhe torica:et eius inuentoribus.

Teste ysidoro rhetorica est bene dicendi scientia.z sic noiat a copia locucõis. Nã rhesis apud grecos locutio dicitur.

Differt autem rhetorica a dialetica in duobus prout tangit Boetiꝰ ī thop. ¶ Primo quia dialetica cōsiderat orationes in se: sine circumstancijs: non curando de rebus. rhetorica vero cōsiderat cur: quis: quando: vbi: et buiusmodi. Secundo differunt quia dialetica vtitur propositionibus breuibꝰ ꝛ discontinuis. rhetborica vero continuo sermone perorat. ¶ Huius autem scientie inuentores apud grecos fuerunt gorgias: hermagoras. ꝛ apud latinos floruit tullius ¶ Finis autem rhetorice est pulchre loqui: verus sua dere: ꝛ huiusmodi. quibus orator in suo sermone placidus redditur. Continet autem rhetorica colores varios Nam quidam dicuntur colores verborum: quorum ornatus consurgit ex verbis et vocabulis. cuiusmodi sunt repeticio gradatio. ¶ Nam repeticio consurgit ex repetitione alicuius dictionis in pluribus orationibus conuenienter se habentibus. sicut dicerem⁹ superbia fecit cadere potentes: superbia renuit amicum: et parꝫ contemnit: superbia semper petit preesse: patiꝫ recusat. Alij autem sunt colores dicti sententiarum. quorum ornatus non ex terminis: sed ex rebus et sentencijs accipitur. cuiusmodi sunt colores qui dicuntur similitudo: contrarium. ¶ Sicut enim de superbo dicerem⁹: hic more lapidis durus intumescit. humilem terram ex qua pro / cessit non imitatur ¶ De bijs autem omnibus latius multo alibi scripsi.

¶ Rursus aduertendum ꝙ a rhetorica dicti sunt rhetores: alio nomine dicti oratores. Quorum institutio facta fuit pro defensione iuris reipublice. ¶ Unde quintilianus in libro de oratoria institutione dicit: ꝙ orator debet esse vir celebris: et in repu. debet tenere statum medium: nullūꝫ formidare: iuri assistere: decreta tenere. ¶ Unde ysidorus libro decimo. Orator inquit est vir bonus dicendi peritus: vitaqꝫ moribus ꝛ artibus imbutus. cui scilicet oratori memoria maxime congruit. quia teste tullio libro de oratore. memoria est thesaurus omnium rerum. qꝛ nisi rebus inuentis custodiatur: omnia in mente oratoris pereunt.

¶ Capitulum quartum de nomine poetrie: de actoribus eius ꝛ fine ꝓpter quam inuenta est.

Alphorabius in libro de diuisione scientiarum dicit poetriam esse vltimaꝫ partem logice. ¶ Unde dicit ꝙ poetria est scientia ordinandi metra secundum proportionem dictionum et pedum. ¶ Nihilominus tamen poetria proprie non habet pro obiecto metrificare: sed potius fingere: siue sit in prosa: siue in metro. ¶ Unde poetria dicitur a poyo qđ est fingere. Huius autem scientie multi fuerunt actores famosi. sicut omerus apud grecos. Vigilius apud latinos. Narrat tamen Lactantius libro secundo ca. xiiij. ꝙ poetria inuēta fuit a sapiētibꝰ romanoꝝ: eo ꝙ

Poetria definitio

Poetria a poyo dicitur est fingere

veritatem clare dicere non audebãt.
Ob hoc fictis sermonibus loqui di/
dicerunt. Unde ouidius ob hanc
causam librum de tristibus compe/
git. in quo poetico sermone ea descri
psit: que plano eloquio dicere non au
debat:: vt patet libr̃ cĩ intuenti.
Rursus sciendum q̃ poetria non est
inuenta propter mentiri: aut propter
turpia de dijs fingere. quinimo boca
tius nouellus poeta libro de genealo
gia deorum illos poetas redarguit:
qui suorum deorum canunt illecebras
finis ergo poetarum non est menti/
ri: vel irritare: sed ex similitudinibus
rerum vnum pro alio intelligere ⁊ ita
veritate semper intenta ficto sermo/
ne suum conceptum exprimere.
Quis enim crederet argum habuisse
oculos centum: aut byo in vaccam cõ
uersam fuisse: aut Lycaonem in lu/
pum. Dec enim omnes fictiones fue
runt: non tamen mendatia. quinimo
aliquas hystorias veras ad mentem
actoris referunt. et nos alias hysto/
rias per illas intelligim9. quia vt plu
rimum mentem poetarum ignoramus
Verbi gratia: si rome virgo aliqua vi
olata fuerit ab imperatore: cuius vir
ginis custos fuisset vir aliquis ocula
tissimus ⁊ sapientissimus: nunquid v̄
gilius rationabiliter fingere potuit:
byo a ioue violatam fuisse: ⁊ ideo in
vaccam cõuersam: ratione peccati car
nis: quod brutale est. Dijs enim si
militudinibus fictiones rationabliter
inuente fuerunt. ⁊ ex bona scientia p̃
cedunt ingenioq3 sano. Sunt au
tem poetarum septem genera: secun/
dum septem modos secundum quos
contingit facere poeses. Unde poe/
sis septem sunt species: scilicet come
dia. tragedia. inuectiua. satyra. fabu/
la. hystoria. argumentum. Est autem comedia
comedia: poesis habens principium
triste: finemq3 letum. Tragedia vero Tragedia
a leto principio incboat: et tristem fi/
nem habet. Inuectiua autem est car/ Inuectiua
men reprehensorium: mala intentio/
ne compositum. Satyra est carmen Satyra
reprehensorium bona intentione com
positum. Fabula est narratio que nec Fabula
vera est: nec verisimilis ad litteram.
Uerumtamen aliquam veritatem
semper intendit. alias non mereretur
dici poesis. Hystoria autem est rei Hystoria
geste narratio. Argumentum vero Argumen
est rei vilis voluntaria similitudo. tum
Sciendum insuper q̃ poete qui
dam dicti sunt lyrici: eo q̃ eorum car
mina cum lyra canebantur. Alij vero
dicti sunt tragedi: eo q̃ quando ca/
nebant sua carmina habebant hircũ
pro premio: qui apud grecos voca/
batur tragos. Alij autem appellati
sunt comedi: a commessatione: eo q̃
homines solebant post cibum: vtpu
ta post prandium ire ad audiendum
carmina eorum. Alij autem dicti sunt
satyrici vel satiri: a saturitate: eo q̃ de
pluribus rebus canebant ⁊ audien/
tium animos saturabant. Mo/
tandum insuper q̃ quedam sunt poe
ses in quibus solus poeta loquitur.
sicut virgilius in georgicis. ⁊ dicun/
tur caracteres. Alie sunt autem in qui
bus nunc̃ poeta loquitur: vt in buco
licis: ⁊ dicunt̃ carmina dragmatica ⁊.
+ hm̃oi sunt cõiter tragedie ⁊ comedie
Alie autem poeses sunt mixte. Quia

scilicet poeta aliquando loquitur : et aliquando non . et huiusmodi est li / ber eneidos . ¶ Ceterum aduer / tendus q̄ poesis multa sortitur nōia ¶ Nam q̄q̄ dī prosa.quando sc̄z non habet legem pedum:seu certos pedes Aliquando autem dicitur metrificatu ra:quando certis pedibus mensurat quandoq̄ etiam carmen rithmicum vocatur:quia fine simili terminatur . ⁊ si carmen contineat paucos versus a quibusdam vocatur ydalicō.Si au tem contineat duos versus vocatur dysticbon.Si autem vnum continē / at versum:vocatur monosticon . ⁊ si carmina multos contineāt versus: et de multis rebus:tunc vocantur cen / tones. si autem carmen loquatur de pastoribus vocatur bucolicum.⁊ dici tur a bobus.si loquatur de gestis bo hominum fortium:tunc dicitur heroi cum.Nam heroes grece dicuntur vi ri aerei et celi digni propter sapienti am et fortitudinem.Si autem carmē contineat miserias: tunc dicitur ele / giacum.Et si contineat lamentum: vo catur trenos. Si conueniat sepulchro vocat epitbaphiū.Si carmē sit alīqs tytul⁹ ℓ supscriptio:vocat epigrāma. Insuper fabule sunt duplices quedā enim dicuntur besopice vel ytopice:q̄ fingunt animalia bruta mutuo loqui. ¶ Alie sunt libistice que fingunt homi nes cum brutis loqui:⁊ econuerso .

Dic tamen dicendum videtur quo iure poetria debeat admitti.plures e nim eam inuadunt : eo q̄ vel ipsam nesciunt:vel quia turpia quedā ī poe tis legerunt q̄ turpia poetrie non per tinent:nisi fine bono terminent̄.

¶ Capitulum quintum quomodo poetria non est contemnenda:⁊ qua / liter poete claruerunt

Poete plures olim famosi fuerunt. Inter quos claru isse virgilius fertur.qui po etarum fuit preclarissimus ⁊ optimus vt inquit Augustinus.v.de ciui.dei ca pitulo.iij.qui virgilius dictus est a vir ga:eo q̄ mater eius somniauit se p e / perisse virgam quandam que vsq̄ ad celum pertingeret . quod nibil aliud fuit : nisi q̄ virgilium partura erat qui loquendo de altis celum tangerz vt ait Hugo ¶ Hic autem virgili / us in philosophia et necromantia pe ritissimus fuit. mirabiliaq̄ ipsum fe cisse refert Alexander nequam. libro de naturis rerum. ¶ Refert enim q̄ cum ciuitas neapolitana peste sanguis sugarum vexaretur liberata est ab co: proficiendo sanguissugam seu byrun dinem auream in fundo putei. euolu tisq̄ multis annis post modum predi cta byrundo de puteo extracta est. et mox tota ciuitas repleta est byrundi nibus infinitis : seu sanguissugis nec sedata est pestis antecq̄ sanguissuga aurea in puteum mitteretur ¶ Rursus de ipso refert idem.q̄ pōtem aureum constrvxit et rome palatium sollenne edificauit:nomen collisseum.in quo cu iuslibet regionis imago ligneam cam panam manu tenebat. ⁊ quotiens ali qua regio romanis rebellabat : mox campanam ymago regionis illius pul sabat.⁊ miles eneus in sūmitate p̄dic ti palacij stabat ⁊ bastā vibrabat ī illā

partem que regionem illam respicie/
bat. Hoc etiam idem narrat Hugo.
Unde licet arti necromancie laus nō
debeatur: operibus tamen virgilij ad
miratio debetur eiusq3 subtilitas hu
iusmodi narrationibus declaratur.
Rursus alij fuerunt famosi poete vt
ouidius: & qui p̄cessit omerus: quoruz
dicta quasi vaticinia vocati sunt. Flo
ruit etiam besopus cuius fabulas cō
mendat A. gel. li. ij. Sed mirum est si
fabule sint mendose an ipsis vti li/
ceat. quibusdam enim apparet: non li
cere. quoniam ars poetica inter sceni/
cas seu meretriculas numeratur. vt
ponit commentator boecij primo de
consolatione. ca. p̄mo. Unde plato iu
sit poetas a ciuitate expelli: eo q3 dicē
bat eos virtutibus inimicos. & in hoc
commendat eum tullius in tusculanis
questionibus li. ij. Quibusdam igitur
videtur poetriam detestandam fore
quorum imaginationi nō credo. quia
poetria vtilis est: si debito innititur
fini: si licito excerceatur vsu. Unde
Augustinus li. j. confessionum loquēs
de poetis sic ait. didici in eis multa v̄
ba vtilia. Unde & sacra scriptura fic/
tionibus vti quandoq3 inuenitur.
Nam in libro iudich fertur: q3 ligna
sibi regem fecerunt. sed quomodo re
gem fecerunt: si loqui nesciant. Neue
ra sic fictio fuit: q3 significatio intēta
verissima fuit. Itaq3 non fuit fictum
quod intenditur. sed fictum est quod
ex predictis verbis prima facie con/
cipitur. De vera autem poetria confor
miter fatebimur. cuius finis non est
mentiri: sed verbis fictis veritatem
describere. Uerum fictionum: que
dam sunt vane et inutiles: alie autem
vtiles. Unde macrobius libro p̄mo
super somnio scipionis. Quedam in/
quit sunt fabule voluptatis gratia: et
alie sunt exhortationis causa. p̄mas e
liminauit sapientia. & in alijs quando
q3 loquitur. Unde sicut dicitur in
libro de ortu scientiarum: sancti doc/
tores in libris suis quandoq3 fabulas
introduxerunt. sicut ambrosius. qui in
libro tertio de offi. recitat fabulam ō
illo qui inuenit anulum in equo eneo
sub terra. quē cum haberet in manu a
nulo videri posset. de qua fabula di
cit ambro: q3 et si vim veritatis n̄ habe
at: tamen rationem habet: vt iuxta e
am possit veritas manifestari. Eandē
etiam fabulam narrat tullius tertio ō
offi. Tales igitur fabule quibus ve/
ritas pretenditur: reprobande non
sunt. Unde idem Ambrosius su/
per lucam nono interserit fabulam ō
illo rege: qui cum aliquid tangeret au
rum fiebat: & sic fercula mortalia sibi
fiebant aurum. & cibus in ore non ali
menta sed vulnera dabat. potum quo
q3 deglutire nequibat. Talia inquit
ambrosius sunt beneficia voloz̄um
vt cum videntur prodesse: plus no/
ceāt: Ecce videmus fabulam documē
tum pretendisse. Rursus Augusti/
nus libro secundo sermonum: sermōe
vicesimoseptimo introducit fabulam
illius de quo fertur: q3 vires sue au/
gebantur quotiens terram tangebat.
Cumq3 ergo pugnaret: eo pacto quo
aduersarius eum p̄strabat ille virib⁹
prevalebat. quam fictionem christo cō
uenisse Augustinus tradidit. qui ceci
dit per mortē: vt gloriosus resurgeret

Ceterum hiero.episto.lxix.introdu/
cit fabulam hesopianam de cane tenē
te os in ore.qui cum vidisset maiorem
vmbram ossis in fonte:os qō tene/
bat dimisit ꝓpter vmbram. Ex hīs
ergo apparet ꝙ fabularum quoddam
est genus vtile: ⁊ in sacris eloquiis
quandoqꝫ honestum. Sed quid dice
mus ad ea que in contrarium obiicie
bantur? Dicebat enim a.gel.ꝙ poetri
a meretricula est.ratione cuius plato
poetas expulit a roma referente tul/
lio. Dicemus enim quoniam poetria
loco meretricula dī.qr ex principalibꝫ
sciencijs non est vna: sed inter minus
p̄ncipales numerat̄.alias cū sapiētie
non astitisset.cui tū assistebat vt etiā
inquit p̄allegatꝰ expositor boecij.

Rursus ad platonē dicemꝰ ꝙ illos
reprobauit poetas qbꝰ mentiri vsus
est.⁊ quox fictiones turpia sonant.

Alios aūt poetas repudiare non intē
dit: quox sc̄z fictiones vītatē preten
dunt. Alias enim doctores sancti ip/
sos exponendo xp̄o non applicassent

Insup ⁊ phōs fabulis vti nouimus.

Uñ apulei.li.de deo socratis fabulā
introduxit de coruo tenente carnē in
ore.cui cū dixisset vulpecula: ꝙ cignꝰ
melius cantabat illo. volens corꝰ ꝓ
bare contrarium aperuit os.⁊ sic ami
sit carnē ex ore: ⁊ volens cantare po/
tius crocitauit q̄ cantauit: suumqꝫ de
fectum publicauit Hec enim fabula
p̄tendit hanc veritatem. qr̄ sc̄z multi
se magnificare volentes vltra modū
ruinā patiunt̄. Insup titus li. ij. intro
ducit fabulam de conspiratione mem
brox contra stomachum. ex eo ꝙ oīa
consumebat: in quibus laborabant
membra. Et cum fuisset adiudicatum
ꝙ stomaco nihil daretur: mēbra om
nia languerunt. Unde oportuit stoma
co iterum dare necessaria vt membris
distribueretur. Hec siquidem fabula
hanc pretendit veritatem. quia scilicꝫ
multi aliorum bonis derogant: a qui
bus tamen sustentātur. ⁊ cum procu/
rauerunt illorum destructionem: ipsi
procurantes indigentiores fiunt. illius
qꝫ vel illorum procurant restitutionē
cui vel quibus subtrahendum fuasse/
runt. Hanc etiam eandem fabulam in
troducit policratus libro sexto capitu
lo secundo. Ex quibus omnibus cla
re patet poemata non esse repudian/
da eomodo quo aliqui poetriaꝫ igno
rantes repudiant. quia teste eodem po
licrato libro septimo capitulo nono
sicut omnia animantia fuerunt concef
sa homini: excepto ꝙ non debuit co/
medere carnem cum sanguine vt pa
tet genesis nono: sic omnes scripture
tam poetarum q̄ gentilium legi pos/
sent ad vtilitatem: exclusis tamen er
roribus: qui per sanguinem intelligun
tur

et scripta poetarum
et gentilium ad vti
litatem legi possu

Capitulum sextum de arithme tica secundum ysidorum.

Arithmetica est disciplina
numerorū. greci enim nu
merum rithmon vocant.
Quam scriptores secularium litteraꝫ
inter disciplinas mathematicas loco
primam esse voluerunt: quoniam ipa
vt sic nulla alia indiget disciplina.

Musica autem ⁊ geometria: ⁊ astro
nomia que sequitur: vt sint atq; sub
sistant: istius egeret auxilo. De auto/
ribus arithmetice. Numeri disciplinā
apud grecos primum pitagoram nun
cupant scripsisse. ac deinde a nicho/
maco diffusius esse depositam. Quā
apud latinos ꝑmus apuleius: deinde
boetius transtulerunt. Quid sit nume
rus. Numerus est multitudo ex vni
tatibus aggregata. Nam vnum semē
numeri non numex esse dicimus. Un̄
a numero num⁹ nomen dedit: ⁊ a sui
frequentatione vocabulum indidit.
Unus a greco nomen trahit. greci em̄
vnū enna dicūt sicut duo⁊ tres: quos
illi dia et tria appellāt. Quatuor vero
a figura q̄drata nomē sūpserūt. qnq;
vo nō scd̄; nat̄a; s; secundū placitu;
voluntatis vocabulum acceperunt ab
eo qui numeris nomina indidit. Sex
autem ⁊ septem a greco veniunt. In
multis enim nominibus que in gre/
co aspirationem habent: nos pro aspi
ratione. s. ponim⁹. Inde est q ꝑ hex
sex: ⁊ ꝑ hepta septem: sicut ꝑ herpil
lo herba serpillum. Octo vero per
translationem sicut illi ⁊ nos ita. Illi
nea nos nouem. Illi deca: nos decem
Dicti autem a decem greca ethimolo
gia: eo q ligant et coniungunt infra
iacentes numeros. Nam decimas con
iungere vel ligare apud eos dicitur.
Porro viginti sunt decem bis geniti
v. ꝑ. b. littera posita. Triginta q tri
nario denario gignantur: sic vsq; ad
nonaginta. Centum vero vocati a cen
tu quod est circulus: ducenti a duo et
centum. sic et reliqua vsq; ad mille.
Mille vero a multitudine: inde et mi
lia. Quid prestant numeri? Ratio nu
merorum non contemnenda est. In
multis enim scientiarum scripturaru;
locis quantum misterium habet elu/
cet. Non enim frustra in laudibus dei
dicitur: omnia in numero mensura et
pondere fecisti. Senarius namq; nu
merus qui partibus suis ꝑfectus est
perfectionem mundi quadam numeri
significatiōe declarat. Similiter ⁊. xl.
dies quibus moyses et helyas et ipe
dominus ieiunauerunt: sine numero
rum cognitione non intelliguntur. sic
et alij in scripturis sacris numeri exi/
stunt: quorum figura non nisi noti bu
ius artis scire soluere possunt. Datum
est nobis etiam ex alsqua ꝑte sub nu/
merorum consistere disciplina: quan/
do horas ꝑ eam discimus: quando mē
sium curricula: quando spacium anni
redeuntis cognoscimus. per numeru;
siquidem ne cōfundamur instruimur
tolle numex rebus omnibus: et om/
nia pereunt. adime seculo computum
et cuncta ignorantia complectitur. nec
differre possunt a ceteris animalibus
qui calculi nesciunt rationem.

Capitulum septimum de geometrie inuentoribus et de vocabulo eius.

Geometria disciplina primū
ab egyptijs reperta fuisse
dicitur. quia vndante nilo
et omnibus possessionibus eius limo
ōbductis: inicium terre diuidendo ꝑ
lineas et mensuras nomen arti dedit
que deinde latius acumine sapientum
cū ꝑfecta est: et maris et celi et aeris

ſpacia metiuntur. Nam ꝓuocati ſtudio ſic ceperunt poſt terre dimenſionez ⁊ celi ſpacia querere: quãto interual/lo luna a terris: a luna ſol ipſe diſtarz. et vſqz ad verticem celi quãta ſcz mẽſura diſcederent. ſicqz interualla ipſa celi: orbiſqz ambitũ ꝑ numerũ ſtadiorũ ratione ꝓbabili diſtinxerunt. Sed quia ex terre dimenſione hec diſciplina initium ſumpſit: ex inicio ſui ⁊ nomen ſeruauit. Nã geometria ỏ terra ⁊ de menſura nuncupata eſt. ge enim grece: terra vocatur latine. et metros menſura. ¶ Huius diſcipline ars continet in ſe lineamenta: interualla: magnitudines: figura: dimenſiones: ⁊ numeros. ¶ De diuiſione geometrie Geometrie quadripartita eſt diuiſio in planum: in magnitudinem rationalem: in figuras ſolidas: ⁊ magnitudinem numeralem. Plane figure ſunt. que ⁊ longitudine et latitudine continentur. que ſunt iuxta platonem numero quinqz. Numerabilis magnitudo eſt: q̃ numeris arithmetice diuidi poteſt. Magnitudines rationales ſũt quarum menſuram ſcire poſſumus. ¶ Irrationales vero quarum menſure quantitas cognita non habetur. ¶ De differentia geometrie: arithmetice.: et muſice. Inter eas hoc intereſt: vt medias inuenias. ¶ In arithmetica ꝓmo ſi queris medium aliquoꝝ numerorum coniungis extrema: et diuidis: ⁊ facis mediũ. vtputa fac extrema eſſe ſex et xij. ſimul iungis et faciunt. xviij. partiris media: et facis. ix. qỏ eſt analogicum arithmetice: vt mediuz. Nã quot monadibus ſuperat primum: tot ſuperatur ab extremo. ſuperat enim ſex tribus monadibus: et hiis ſuperatur a duodecim. Secundum geometriam vero ita queris: extrema multiplicata tantum faciunt quantum media multiplicata: vtputa. vj. ⁊. xij. ſint extrema illa multiplicata: faciunt. lxxij. media autem que ſunt octo et nouem multiplicata etiam tantundem faciunt. Secundum muſicam ita queris: in qua ꝓmi parte ſupatur medium a primo ex eadem extremi parte. ſuperatur medium ab extremo. vtputa octo duabus partibus ſuperant ſex: que due partes ſunt tertia ſenarij pars. ¶ Ideo media pars ſcz octo in quatuor partibus ab vltimo ſuperatur. que eſt. xij. cuius q̃dem numeri tertia pars eſt quatuor. ¶ Qỏ numeri infiniti exiſtunt. Numeꝝ autem eſſe infinitum certiſſimum eſt; quoniam in quocumqz numero finem faciendum putaueris idem ipſe vno addito: non dico augeri: ymmo quantumlibet ſit magnus: et quantumcumqz ingentem multitudinem contineat in ipſa ratione atqz ſcientia numeroꝝ non ſolum duplicari: verum etiaz multiplicari poteſt. ¶ Ita vero ſuis quiſqz numeris proprietatibus terminatur: vt nullus eorum par eſſe cuicumqz alteri poſſit ergo et diſpares inter ſe atqz diuerſi ſunt. et ſinguli quiqz finiti ſunt: et omẽs infiniti ſunt.

¶ Capitulum octauum ỏ muſica: et eius vtilitatibus.

ARtis muſice multe ſunt vtilitates. Ad cuius declarationem animaduertendũ ꝙ teſte ariſto. viij. poli. iuuenes debẽt

eruditi in musica. ¶ Nempe iuenes plus ceteris hominum statibus: in cō tinua mutabilitate deuoluuntur: ꝛ la/ scuijs infestantur. Ipsis igitur vtile est: si operibus de bonorum genere: complacenter adhereant. Alias enim iuuenis lasciuie deseruiet. Itaqꝫ cuꝫ se nuerit: impietatis amatoꝛ erit quoniā vt dicitur libro ethi. in hijs delectari est nobis vtile: in quibus ab infantia delectari incepimus. Si ergo iuuenis in musicalibus eam reperiet compla/ centiam: quam in vanitatibus quere/ re solet: sibi tunc facile apparebit que praua sunt relinquere et potioꝛ com/ placentie animum exhibere. Ex qui/ bus colligitur prima musice vtilitas q̄ est iuuenes a malis complacentijs re/ uocare. ¶ Alia vtilitas est: quia le tificat tristes: ꝛ letos magis ac magis letificat: vt poīt ari. in suis ꝓblemati bus parte nona ꝓblemate primo. Et soem ar isto. viij. poli. anima inquit na turaliter delectatur in musica: et facit animas sic intentas: vt nihil aliud co gitent: sicut dicit cassio. Rursus con/ stantinus in suo viatico refert orphe um dixisse: ꝙ per suam musicam mu tabat principum coꝛda de tristicia ad leticiam. Leterum musica excitat doꝛ mientes: ꝛ dormitare facit vigilantes sanat etiam a melancolia. Unde ari/ stote. in poli. dicit. ꝙ musica est amica omni etati. ꝛ signanter iuueníli. Unde musicam amant animalia bruta sicut boues. cerui. aues. ꝛ pisces. Nam aues incessanter cantant si audiant canen/ tes. et pisces ad melodiam congregan tur. Unde refert A. gel. libro. xviij. noctium acticaruꝫ: ꝙ cithrista arīō in mari proiectus: a delphinis saluatus ē eo ꝙ cithara dulcem sonum perege/ rat priusq̄ submergeretur. ¶ Et idem refert plinius. ¶ Fingit etiam ouidius ꝙ orpheus cithare carmine arboꝛes congregauit. Huius autem artis me/ lodiam non perpendēs rex mida: aut saltem male de musica iudicans: aures suas in aures asininas mutatas habu it. Unde ꝓsius. Auriculas asini rex mi da habet. Dixerat enim ꝙ deus pan dulcius harmonisabat cum' cannis se getalibus: q̄ appollo cum cithara. Et licet hec fictio sit: tamen designat sa no intellectui harmoniam placere de bere.

¶ Capitulum nonum de inuento/ ribus artis musice.

MUsice restat inuentoꝛes de signare. Ad cuius euiden/ tiam commemoꝛemus ea que legimus. Referunt enim greci pi tagoꝛam philosophum musice artem ex sonis malleoꝛum primum excogi/ tasse. Audiens enim ex malleis sono/ rum disparitatem: aut melodiam cau sari: concluſit merito harmoniam hu mana voce peramplius fieri posse. ¶ Huic etiam narrationi alludunt Boe tius et Macrobius. Alij autem tubal musice inuentoꝛē extitisse volunt. de quo tradunt hystoꝛie: ꝙ cum artem musice adinuenisset: in columna du/ plici eam scripsit. quarum vna mar/ morea: ꝛ altera laterития. Audierat e/ nim adam prophetasse duo futura mū di diluuia. vnum scilicet aqueum et a liud igneum. Ut igitur ars per eum in

uenta non deleretur: ipsam in marmo re scripsit: ne per aquam periret: et in lateribus ne per ignem accenderetur ¶Unde Josephus has duas columnas narrat in terra syrie hucusq; pmansisse. Huic autem narrationi alludit moises gen. v. Patrem enim musicorū ipsum appellat. Ceterum aliqui dicunt moisem musice inuentorez fuisse: aquarumq; sonitu harmonias penitus perpendisse. Rursus quidaz veteres philosophi harmonias dicunt a celorum motibus originem accepisse. affirmantes q; ex celorum motibus maxima consurgit melodia ratione confrigationis corporum celestium: in quibus creditur maxima amicicia seu concordia. vt docuit Empedocles. ¶Insuper affirmauerunt q; ab orbibus celestibz maxima causatur melodia: sed nō perpendimus. eo q; vt dicunt ab exordio natiuitatis sub orbibus nutriti sumꝰ et ita assiduitate audire non credimus Ad robur autem sue imaginatiōis inducunt exemplum de his qui a iuuentute nutriti inter fabros malleoz ictꝰ aut non audiunt aut saltem se audire non attendunt. Huic opinioni proximꝰ videtur fuisse Plato: qui super quemlibet orbem celestem vnam syrenē stare putauit. Horum autem opinionem reprobat Aristoteles libro de proprietatibus elementorum et secundo celi. Harum autem narrationuz cōtrouersia nec ratione nec experientia dissolui potest. ¶Non enim ratione: q; in facto historiaruz narratiōibz credere oportz: nec expientia: qa predicte narrationes nostra tempora precesserunt. Arbitrandum est tamen q; multi fuerunt inuentores iutra varietatez temporum et regionum ¶Si autem queramus: quis inter omnes inuentores primus extiterit: puto q; ipse tabul primus fuit. quia ceteros tempore precessit. sacra etiam scriptura ipsum inuentorem commemorat. alios autem nequaq;.

¶Capitulum decimum de astronomia: z eius inuentoribus.

Astronomia est astrorum lex que cursus syderum: z figuras z habitudines stellarum: circa se: z circa terram indagabili ratione percurrit. ¶Astronomiam primi egypcij inuenerunt. Astrologiam vero et natiuitatis obseruantiam caldei primi docuerunt. Abrabam autem instituisse egypcijs astronomiam iosephus auctor asserit. ¶Greci autem dicunt hanc artez ab atlante prius excogitatam. Joco dictus est sustinuisse celum. Quisquis autem ille fuerit: motu celi et ratione animi excitatus: per temporum vices: per astrorum ratos definitosq; cursus: per interuallorum spacia moderata: consideranit dimensiones quasdam numeros: que diffiniēdo ac secernendo ordine nectens: astrologiam repperit. ¶In vtraq; autem lingua: diuersorum sunt quedam de astronomia scripta volumina. Inter quos tholomeus rex

Alexandrie apud grecos precipuꝰ habetur. hic etiam ꝛ canones instituit q bus cursus astrorum inuenitur. Differentia astronomie et astrologie. Inter astronomiam enim et astrologiaꝫ aliud interest. Nam astronomia celi conuersione: ornatus: ortus: obitus: motusqꝫ syderum continet. vel qua ō causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis: partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitur solis ꝛ lune cursum: vel stellarum certas tēporum stationes. Superstitiosa vero illa est: quam mathematici sequuntur qui in stellis auguriantur: quiqꝫ etiaꝫ duodecim celi signa per singula anime vel corporis membra disponunt: syderumqꝫ cursum: natiuitates hominum: ꝛ mores predicare conantur.

De astronomie ratione. Astronomie ratio modis plurimis constat. diffinit enim quid sit mundus: quid celum quid sphere: situs et cursus: quid axes celi: ꝛ poli: quid sint climata: quid cursus solis ꝛ lune: atqꝫ astrorum.

Capitulum vndecimum de medicina ꝛ eius inuentoribus.

Medicina est que corpus constituetur vel restaurat salutem. Cuius materia versatur in morbis: ꝛ vulneribus. Ad hāc itaqꝫ pertinet non ea tantum: que arcorum exhibet qui proprie medici nominantur: sed etiam cibus et potus et regimen: defensio omnis: atqꝫ munitio qua nostrum corpus aduersus externos ictus casusqꝫ seruatur. De nomine eius. Nomen medicine a modo idest temperamento impositū existimatur: vt non statim: sed paulatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura mediocriter autem gaudet Unde ꝛ qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberunt: vexantur immoderatio enim omnis non salutē sed periculum affert. De inuentoribꝰ eius. Medicine autem artis actor et repertor apud grecos perhibetur Apollo. Hanc filius eius esculapius laude et opere amplificauit. sed postquā fulminis ictu esculapius interiit: interdicta fertur medendi cura: ꝛ ars simul cum actore defecit. latuitqꝫ per annos quingentos: vsqꝫ ad tempus arthaxersis regis persarum: tunc eam reuocauit ī lucem hypocrates asclepeo patre genitus in insula choos.

Capitulum duodecimuꝫ de auctoribus legum.

Moyses gentis ebraice primus omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. Phoroneus rex grecis primus leges iudiciaqꝫ constituit. Mercurius termegestus primus leges egyptijs tradidit. Solon primus leges athenensibus dedit. Licurgus primus lacedemonijs iura ex apollinis auctoritate confinxit. Numa pompilius qui romulo successit in regno primus leges romanis edidit. Deinde cum po-

pulus seditiosus magistratꝰ ferre nō posset: decem viros legibus scriben/ dis creauit: qui leges ex libris solo/ nis in latinum sermonem translatas duodecim tabulis exposuerunt. Fue runt autez hij appius. claudius. gemi cius. veterius. curatius. sextinus. iuliꝰ maulius. sulpicius. et omelius posthu mus. Hij decem viri legum conscribē darum electi sunt. Leges autem reci gere in libris primus consul pompeiꝰ instituere voluit: sed non pseuerauit ob decretorum metu. Deinde cesar ce pit id facere: sed arte interfectus est.

¶Paulatim autem antiqui leges vetu state atqꝫ incuria desinerunt: quarum et si iam nullus vsus est: noticia tamē videtur necessaria. Noue a constanti no cesare ceperunt: ꝛ reliquis succedē tibus. erantqꝫ permixte et inordinate Postea theodosius minor augustus ad similitudinem gregoriani ꝛ armo/ giniani codicem factum: constitutio/ nem a costantini temporibus: sub ꝓ prio cuiusqꝫ imperatoris tytuloꝫ dispo suit. quem a suo nomine theodosium vocauit.

¶Capitulum tredecimum de poli tica: ꝛ regimīe ciuitatis.

POlitica dicitur a polis qđ est ciuitas: et icos scientia quia finis politice est ciui tatem bene regi. Unde scientia politi ca est scientia qua vrbes reguntur: seu respublica dirigitur: vt pace respubli ca fruatur: sicut satis innuit augusti. libro. xix. de ciuitate dei. Politica igi tur concernit regimen ciuitatis. ¶Est autem ciuitas ciuium vnitas. Et secun dum ysidorum. xv. ethimolo. ciuitas est concors hominum multitudo: so/ cietatis vinculo adunata. que aliquan do vrbs vocata est. et aliquando res pu. nuncupatur. Quam diffiniens sci pio dicit eam esse rempopuli. Popu/ lus autem non dicitur quelibet multi tudo: sed solus illa multitudo que ha bet communionem et consensum ad communem vtilitatem. hoc narrat au gustinus libro secūdo de ciuitate dei ꝛ ysidorus libro. xix. ethimo. ¶Ad uertendū igitur ꝙ respu. est sicut qđ dam corpus qđ diuino numine anima tur: ꝛ regitur. vt tangit helinādus in chronicis libro secundo. Huius autem corporis caput dicitur princeps. ꝛ se/ natores locum cordis tenent. Judices autem et presides tenent locū oculoꝝ et aurium. ꝛ oratores locum lingue. ce terisqꝫ membris persone alique reipu. comparari possent ¶Dicuntur autem senatores a senio eo ꝙ antiquitus se/ nes in senatores eligebantur. quorum institutionem romulus inuenit. et no mina eorum presente populo in tabu las aureas contulit. Olimqꝫ filij sena torum illi dicebantur: qui nascebant tempore quo patres senatores erant. alij vero non. Et hoc scripsit vulpia nus suo libro vt patet in digestis li/ bro primo. ¶Rursus in politia e/ ligendus est princeps: nisi secundum genituram quis principatum obtineat qui princeps non cupidus: aut luxurio

dij

quid populus

sus inueniatur. Unde Tullius libro de paradoxis. quomodo inquit imperabit vrbi: qui non potest cupiditatibus imperare. Refrenet ergo princeps libidines: spernat voluptates: iracundiam caueat: auariciam coherceat: ceteras animi labes repellat.

Princeps etiam non debet eligi nimis pauper: aut nimis diues. Unde olim prout refert valerius libro sexto duo viri coram scipione a senatu vt ad hyspaniam mitterentur contendebãt quorum vnus ditissimus: alter pauperrimus erat. de quibus scipio ait. neuter mihi placet. eo q̃ alter nihil habet. alteri nihil satis est. Ceterum indignus est principatu aut gradu superiori: qui se non bene regit in inferiori: vt ponit pompeius libro. xij. Nec debet quis appetere regnum vt principatum. quia teste Seneca de beneficijs libro tertio. regnum est: nolle regnare cum possis. Unde galterus in p̃mo alexandreidos. Asperius nihil est humili cum surgit in altum. Et gaufredus: si vis bene duci: te certo commitde duci. Illud tamen oracij sepius accidit. In libro enim sermonum ait. populus quoq; stulto bonores sepe dat indignis. Et claudian⁹ in maiori. Jam non ad culmina rerum iniustos creuisse querat. Tolluntur in altum: vt lapsu grauiore ruant. Quibusdam tamen princeps nullus placet. omnibusq; detrahunt. Illudq; sydonij in epistolari suo libro quinto dicere videtur. si eligimus humilem: vocatur abiectus si erectum: superbus. si doctum infatus. si imperitum: irridebitur. si seuerum: crudelis erit. si indulgentem: facile culpabitur. si simplicem: despicietur. si diligentem: superstitiosus credetur. si quietum: ignarus vocabitur. si abstinentem: auarus. si bene pascentem: gulosus putabitur. Vijs ergo virtus nulla placet. Quicquid sit tamen virtuosis semper sunt eligendi in principes. Quorum conditiones et mores narrat helinandus vbi supra.

Princeps inquit constitutus non multiplicabit sibi equos. nec subditis erit onerosus. neq; multiplicabit seruos: nec canes aut bestias: sed qd̃ satis est tenebit. hystriones. mimos. lenones. meretrices repudiabit. inferiores non corrumpet exemplo. quia teste claudiano libro tertio. mobile mutatur spcum principe vulgus. vxoremq; non habebit plures. litteris intendet. et cũ iudicabit: ad alteram partem non declinabit. deum precipue colet. munera non acceptabit. suosq; officiales frequenter non mutabit. Unde tiberius prout refert iosephus procuratores suos vix aut nunq̃ mutabat. In hoc enim se dicebat parcere plebi. Nam procuratores scientes ad modicum tempus se habere procurationem: quicqd possunt rapiunt.

Capitulum decimumquartum quomodo principes subditos suos regere et defendere debent.

Princeps habeat milites bellicosos qui preliari debent: non pro iniuria inferenda: sed repellenda: patriaq3 defendenda. Nec debent timere viri bellicosi q9 deo non placeant. quia sanctus dauid bellis intendebat. 7 centurio pariter qui domino ait. Domine non sū dignus vt intres sub tectum. Dec augu. ad bonifacium. Et idem augusti. li. de verbis domini. militare inquit non est delictum: sed propter predam militare peccatum est. Nec rempu. gerere criminosu3 est: sed ideo gerere rē publi. vt diuicias augeas: videtur esse damnabile. Unde prelia non debent fieri cupiditate: ac crudelitate: sed pacis studio gerantur: vt mali coherceantur: 7 boni subleuentur. Unde gregorius vniuersis militibus neapolitanis scribens: sūma inquit militie laus inter alia bona merita hec est: obediētiam reipu. vtilitatibus exhibere. Leterum ysidorus ethimolo. libro nono iustum inquit bellum est quod ex dicto geritur de rebus repetendis: aut p pulsandorum hominum causa. Unde augustinus libro. lxxxiij. questionum: dominus inquit deus noster non ad hierusalem vane iubet: vt constituat sibi retrorsum insidias: scilicet insidiātes bellatores ad insidiandum hostibus. Et ibidem. iusta inquit bella gerebantur a filijs israhel contra amorreos: a quibus amorreis transitus negabatur: qui iure equissimo humane societatis parere debebant. Aduertāt autem bellatores: vt non prelientur iniuriam inferendo: sed ab iniuria se defendendo. Unde ambrosius libro. j. de officijs: non inferenda: sed repellēda iniuria lex virtutis est. Et anastasius papa: qui inquit potest obuiare: 7 perturbare peruersos: 7 non facit: nihil aliud est q3 fauere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis eorum occulte: qui manifesto facinori dēsinit obuiare. Eandem sententiam tangit ambro. li. de officijs 7 hiero. super sophoniam. Rursus belinand9 vbi supra dicit principem sic debere viuere: vt a subditis diligatur. Nam codrus athenien3iu3 rex pro victoria populi sui seipsum morti tradidit. Nam mutato habitu regio sarmenta colligens: castraq3 hostium ingressus a milite quem falce in iurgio percusserat interfectus est. Rex igitur aut pn ceps sic suos diligat: vt etiam pro ipsis mori non timeat. Unde iulius cesar dicere solitus erat: dux qui non laborat vt militibus carus sit militem nescit amare. Unde seneca. Si vis amari: ama. Nam iulius pistorem vinculauit: eo q9 sibi meliorem q3 ceteris militibus attulerat. Alexander quoq3 videns militem suum macedonem pnimia senectute frigore obstupefactū de sede sublimi descendit: et suis manibus dictum militem in sedem posuit. Nam princeps qui a suis militibus non diligitur tanq3 tyrannus dominatur. nec securitate vbi est fruitur. Unde cum dyonisius tyrannus iuberet suum corpus a multis militibus custodiri: plato ei dixit.

Quod inquit maluz feciſti: vt a tot militibus cuſtoviri habeas. Unde claudianus non ſic excubie: non circumſtãtia tela: quẽ tutatur amor. quaſi diceret: q̃ qui amatur non eget cuſtodia.

Capitulum decimumquintum de legibus diuinis: z humanis.

De inuentoribus legum dictum ſuperius capitulo duodecimo. Nunc igitur ſuperſedendum de eo. Sed aduertendum q̃ leges diuine preferende ſunt humanis. Unde gratianus conſtitutiones inquit principum: eccleſiaſticis inſtitutionibus non preeminent: ſed eccleſiaſticis legibus poſtponende ſunt. Unde helinandus in chronicis libro ſecundo. humane leges catenus valẽt quatenus a diuinis non diſcrepant. Alioquin falſum eſt qõ in lege ſcriptum eſt: qõ principi placet: ſcilicet deo legis habet vigorem. Ceterum ſciendum: q̃ ſicut lex eſt commune preceptum: ſic ex communi conſenſu confici debet: vt trabitur ex ſumma azonis. Unde papinianus libro decimo diffinitionum: lex inquit eſt preceptum cõmune virorum prudentium. que lex fieri non debet propter aliquem caſum particularem: ſed pro cobertione malorum: que vt communiter contingere poſſunt reipublice: vt ponit iulius celſus libro quinto. Unde legis effectus eſt imperare: vetare: punire inquit modeſtinus libro primo regularum.

Princeps igitur non ſolum armis: z etiam legibus rempu. debet defenſare. vt tangit iuſtinianus libro inſtitutionum. Rurſus aduertendum q̃ ius canonicum z ciuile quodammodo ſunt partes politice. Itaq; politica ſcientia eſt communis ad omnia iura. Unde ius nomen generale eſt. lex autem ſpecies eius. Unde ius dicitur quia iuſtum eſt: ſeu dicitur a iuſticia: vt ponit vulpianus libro primo inſtitutionum. Lex autem dicitur a ligando: quia ligat: aut ab eligendo: quia eligitur. Sunt autem multe ſpecies iuris. Quodam enim dicitur ius publicum: quod pertinet ſacerdotibꝰ z magiſtratibus. Aliud priuatum q̃ ad vniuſcuiuſq; vtilitatem pertinet. Quoddam etiam eſt ius q̃ vocatur gentium: q̃ concernit id quod debetur deo et parentibus: vt ponit pompeius. Alius eſt ius pretorium: q̃ pretores introduxerunt pro ſalute reipu. q̃ commemorat papinianꝰ li. j. diffinitionũ. Quoddaz eſt ius humanum q̃ dicitur poſitiuum q̃ poſitum eſt ab homine. Aliud eſt ciuile: quod pertinet ad populum vel ciuitatem: diuina: humanaq; cauſa inſtitutum. Aliud eſt ius quiritum: ideſt romanum. quia quirites z romani ipſum inuenerunt. Jus autem canonicum dicitur eccleſiaſtica inſtitutio. cuius plurimi fuerunt ſcriptores. p̃mus fuit yſidorus: q̃ primꝰ ſcripſit libꝝ apoſtolicũ decretoꝝ deinde yuo ep̃us carnotenſis regulas canonũ per capitula ordinauit: et ad numeꝝ decẽ librozꝝ redegit. multeq; abreuiationes poſtmodum facte ſunt. actores non occurrunt.

Uerumqꝫ gracianus decretū scripsit
Ceterum aduertendum ꝙ ius ciuile a
duabus ciuitatibus emanauit: scilicet
ab athenis et lacedemone. Unde reg
nante ioas in iuda: ligurgus lacedemo
nijs iura composuit, qui ligurgus que
cumqꝫ precepit prius ipemet obserua
uit: vt tangit iustinus libro tertio.
Primo enim statuit: vt auri et argen
ti vsus non haberetur. t erraſqꝫ ⁊ pa
trimonia per equalia diuisit. et conui
uari omnes publice iussit. iuuenesqꝫ
voluit vna sola veste pro anno vti: ṽ
gines etiam absqꝫ dote desponsari.
multaqꝫ alia decreuit narratione lon
ga. Rursus apud romanos postmo
dum creuit. Unde pompeius ii. singu
lari eucherio tradit romulum diuisi
se romam in tres partes quas curias
appellauit. quia ibi cause agebantur.
Leges quoqꝫ fiebant in predictis cu
rijs. que omnes conscripte fuerunt tē
pore sixti papirij. qui fuit tempore tar
quini superbi. liber autem illarum le
gum vocatus est liber papirianus: nō
quia papirius eas fecisset: sed quia or
dinate scripsit. Postmodum autem
romani decem viros constituerunt. q
leges a ciuitatibus grecorum college
runt: quas susceperunt scriptas in de
cem tabulis eburneis. datumqꝫ fuit
illis posse: vt illas leges corrigerent:
et ideo duas tabulas predictis tabu
lis adiunxerunt. Unde leges duode
cim tabularum ab omnibus vocaban
tur. quia duodecim tabule in omnib9
erant. Post hoc appius claudius le
ges reduxit ad librum vnum. ⁊ flauī
us scriba libertinus populo tradidit.
vnde senator fieri meruit. Deinde cor
nucanus primus scientiam iuris ciui
lis publice professus est. Uerum pa
pirius publius leges regias prius in
vnum volumen contulerat. Et appiꝰ
claudius duodecim tabulas ex legib9
scripsit. publius vero decem libros re
liquit iuris. Maculius totidem. bru
tus septem: ⁊ mitius publij filius iu
ris ciuilis scientiam ad libros .xvij. re
degit. qui digesti sunt ab ausidio. Mꝫ
tiqꝫ alij scripserunt: quorum fama ve
tustissima est. de nouellis autem me
moria publica est.

Capitulum decimumseptimum
de regimine domus: vxoris: filiorum:
seruorum: et generaliter de economia

Economia est ars vel scien
tia in qua domesticarum
rerum sapienter ordo di
sponitur: vt inquit Isidorus libro e
thimologiarum. Richardus autem li
bro descriptionum dicit ꝙ economia
est scientia que familiaris officij cu
ram mediocri dispositione compo
nens distribuit. Hac igitur scientia
indiget quicumqꝫ paterfamilias vt su
am domum sapienter regat: et diri
gat. quia domus ex domo honesta
tur: vt tangit Tullius libro primo de
officijs. Nam decorum est valde
pacem domus illustrium virorum ha
bere: vt tangit idem libro secundo de
officijs. Unde ipse Tullius con
tra salustium: reprobando ipsum di
cebat. Nec quicquid turpius domui
tue ꝙꝫ tu. Et valerius libro secundo.

Quid prodest foris esse strenuum: si domi male viuitur. Et ibidem quorum opera splendorem suum ꝓcul obtinuisse videtur: eorum dignitatē indignum est ⁊ deforme domi collabi. Unde tibullus. quid ꝓdesse potest graue pondus diuitis auri: auraq3 pinguia? quid si fundant munera boues? quid ve domus ꝓdest firmis innixa columnis: aurateq3 trabes: marmoreumq3 solum? quasi diceret ista nihil ꝓdesse nisi domus recte gubernetur. Hoc loco Sene. de quatuor virtutibus dicit. ꝙ sapiens non debet velle vocari dominus a domo. quia domꝰ a domino debet nuncupari. Circa igitur regimen domus maxime attendendum est ad regimen vxoris. quia nihil est crudelius infesta muliere: vt ponit fulgentius libro suarum mitologiarum. Si tamen mulier bona fuerit: domum optime disponit. Ut autem bona sit maximum remediū est: si vir bonus ipse fuerit. Uñ narrat hiero. contra iouinianū li. j. de quodaz ꝙ cum vxore pudicissime vixit. vnde cū eos sibi feteret: ipso tamen ignorante quidam ei improperauit. ⁊ tunc vxori sue dixit cur ei non intimauerat. que respondit: putabam inquit oībus viris sic os olere. Itaq3 sūma castitas in ambobus fuit. Unde tibullus libro. j. Casta precor coniunx maneas sanctiq3 pudoris. Assideatq3 custos fida semper anus. Qui versus pretendunt: vt fidelis custodia assit muliert. quia mulier de se fragilis est: faciliter q3 decipitur. Unde narrante valerio maximo: socrates cuidam querenti. an sibi expediret nubere vel non: respondit penitentiam se facturum qō cumq3 feciſſet. Si inquit non nupseris: solitudo te affliget. ⁊ si vxorem duxeris: sollicitudo te concitabit.

Fortassis autem ideo coniugia sunt onerosa: quia decenti non contrahunt amore sed cupiditate interueniente fiunt. Unde narrat valerius libro septimo de quodam: qui habens vnicam filiam consuluit themistodi vtrum bono viro pauperi: aut minus probato diuiti filiā collocaret. Ego ho ingt malo virum qui pecunia egeat: q̄ pecuniaz que viro. Narrat etiaz de martia filia catbonis minoris. ꝙ cum peteretur ab ea cur perdito viro denuo nō nuberet: respondit non se inuenire virum: qui se vellet magis q̄ sua. Non sunt igitur mulieres propter pecuniam assumende. alias enim coniugia male fiunt. Nam ⁊ philosophi plures timentes in coniugio fraudari: nubere distulerunt. Nam cicero rogatus ab hirtio: vt ꝙ repudiū terentie sorore eiꝰ duceret: oino facere supsedit: dicens nō posse se vxori ⁊ phīe pariter operam dare. Nā si pulchra erit: difficile est custodire qō plures amant. si autem turpis: molestum est possidere qō nemo habere dignetur. plures ergo nubere contempserunt. Coniugia tamen licita sunt: dummodo licite contrabantur. quia teste ouidio in libro de remedijs: turpe vir et mulier iuncti modo protinus hostes, quia sicet qō malo tytulo iunctum est malo terminatur fine. Plurimaq3 contingunt incommoda. Unde terentius. vno quoq3 animo omnes sorores oderunt suos. ecce odium.

Et oui.li.j.methamor.imminet exitio vir cõiugis illa marito. filio ante diẽ patrios inquirit in annos.ecce labo / res.Sed etiam plurima resurgũt cõ / moda.vtputa educacõ filioꝝ:corpisqꝫ ppꝛij custodia. Rursus aduertendum ꝙ economia exigit filios debite nutri ri.Uñ quinti.li.j.vtinã ingt liberorũ nr̃oꝝ mores nosipsi non perderemus Nã mollis educatio quã indulgentiã vocamus:neruos oẽs mentis ꝛ corpo ris frãgit. Itaqꝫ pueri sunt corrigẽdi. nõ tñ nimis aspere.qꝛ teste quintil.li. ij.ingenia puerorꝝ nimia emendatio / nis seueritate deficiũt. Nã ꝛ desperãt ꝛ dolẽt:et nouissime odiũt.ꝛ qõ maxi me nocet est.qꝛ dũ oĩa timent:nihil co nantur.moderate igit̃ sunt corrigendi. sed multi non attendũt. qꝛ tanꝯ vi / ros puerulos cõcuciũt:vt ponit vale. li.ij.Alij vero liberos suos nõ instru unt.cuiꝰ oppositũ augustꝰ cesar fecit se legit̃. Nã filiam suam ꝛ nepotes su os iussit lanificio insistere:vt pot̃ sue tonius li.ij.de.xij.cesaribus. Rursus paterfamilias suos debet discrete re / gere seruos non spernendo:sed ami / cabiliter alloquendo Unde seneca ad lucillũ epla.xlvij.illos inquit rideo:ꝙ turpe estimãt cũ suis suis cenare.hoc cñ supbia facit:vt cenante dño stan tiũ suoꝝ turba circũstet. Unde dioi / nꝰ rex bragmanoꝝ ad alexandꝝ ma gnũ:in boies uostri similes seruitutẽ nõ ponimꝰ.Alioquin seuitia est:in ob sequiũ cogere eos : quos nobis fra / tres eaõ natura ꝓgenuit. ꝛ qnibus a deo patre cõmuniũ bonoꝝ spondet̃ hereditas.Seruis ergo non sunt im / ponenda grauia onera. Uñ narrat va lerius li.iiij.ꝙ cum plato aduersus ser uũ suum ꝓpter delictuꝫ vehementer exarsisset:ne vindicte modũ haberet castigationem sui serui pseusippo ami co suo cõmisit. Uñ plautus.ve autem apud quos domini vigiliam multam in noctem ꝓtrahunt.tantum cñ ser / uis devita quantum de nocte aufe / runt

Capitulum decimumseptimum quomodo paterfamilias dꝫ sibi acq / rere amicos.

Paterfamilias amicos sibi vẽdicare debꝫ. Nã teste se ne.libro.iij.de benefi.ne / minem tam alte secula posuerunt vt ñ illi amicus eo magis dẽsit:quo nihil absit:seu abest. Et idem Seneca libro de remedijs fortuitorum. Quere ingt amicos inter honesta officia .quere in laboribus Ad mensam res ista non queritur. Nam modicus amicus est ꝙ dumtaxat est amicus mense. De tali a mico dicit sapiens. vinum nouum ami cus nouus. Expedit ergo sapienti ico nomico amicum vel amicos bonos cõ questare.nec de facili pretermittenda est incepta amicicia. Quia teste tul.li / bro de amicicia. veterrima amicicia si cut vinum vetus dicitur esse suauissi ma.maxima enim est vis vetustatis ꝛ consuetudinis. Eligat ergo sapiens a / micum quem semper custodiat : ꝛ cui sicut sibipsi credat. Alias enim non est amicus: vt inquit sene.epla.iij.ad luci luꝫ. Sed talem amicũ difficile est pos sidere nisi bonꝰ sit ꝙ amat ꝛ ꝙ amat̃.

¶Quamobrem amicicia deliberate cõ trahenda est: sed contracta cũ fuerit: manutenere debet. Unñ sueto. li. ij. de xij. cesaribus narrat: q augustus cesar amicicias non facile admisit: sed constantissime retinuit ¶Ideo plautꝰ in aulularia. in amiciciã inquit: ⁊ fidem stultum ne receperis. Nã insipientiusz atqz improbox facilius odiusz: qꝫ collegiũ. Qui ergo sapiens est: bonos insequitur: ⁊ amicum eligit prudentem quem multi non reperiũt: quia multos amicos habere volũt. ⁊ ignotos notis ꝓferunt. Quibꝰ contradicit theofrastus. expedit inquit amicos iaz ꝓbatos amare: non amatos ꝓbare.

¶Unñ catho. ignotũ tu tibi noli preponere notis. Et sequit. Cũ tibi vel socio vel fidum queris amicũ. Non tibi fortuna hominis: sed vita petenda est ¶Et cũ amicũ etiam bonũ sapiens inuenerit: cõmode diligat. Unñ catho. Dilige sic alios: vt sis tibi carꝰ amicus.

via per multos glomerantur flumina riuos. ¶ Hij igitur attendant qui pec cata venialia minime ponderant: ꝙ a manti deum omne peccatum pondus est. Ouidius methamor. iij. minimū est qō amantibus obstat. Et tul. j. de offi Que quidem parua videntur esse de licta: si a multis intelligi non possunt bis vtiqꝫ sunt declaranda: quia pecca tum quantumcumqꝫ paruum: nocet. signanter ijs quorum fragil est animꝰ vitaqꝫ lesa. Unde ouidius. ij. de reme diis. Infirmis causa pusilla nocet. Et marcialis cocus. simpliciter pateat vi tium fortasse pusillum. quod tegitur magis creditur esse nefas vt alibi dic tum est. ¶ Quis tamen diceret pecca ta quecumqꝫ vitare non posse: cū ca / tho dicat. Nemo sine crimine viuit. ¶ Hic dicendum ꝙ omnia si vitare non possis: saltem sub spe venie etiam qui delicti peccare non presumas. Si autē ex lapsu leuiter te peccare contingat: tua etiam perdidisse merita non cre / das. quia peccata que venialia nuncu pantur sic obsunt: ꝙ diuine gratie mu nus: grandiaqꝫ merita non tollunt. ¶ Unde prosper in epigram. Nō merita obstruat grādia: culpa leuis ¶ Illi igit laudabiles q sine peccato viuūt: si qui fuerint tales. nec tamen illaudabiles quorum desiderium est peccare nolle quibus multum ꝓdest: si carnis subi ciant motus: a quibus lex membrorum tota dissoluitur. quos motus reprime re difficillimum videtur nisi amor cri sti preponatur menti. Unde prosper li. preallegato. Mens nullos poterit carnis compescere motus: nisi fuerit christi semper amore potens. Fideles ergo christum in exemplar accipiant: passionisqꝫ sue commemorent misteri um. vt caro mortificata fletibus vitia non germinet. Nam facilius est vitio rum initia ꝓhibere: q̄ impetum reg re. Ouidius. j. de reme. Terra salutife ras herbas eademqꝫ nocentes: nutrit t vrtice proxima sepe rosa est. vtile ꝓ positum est seuas extinguere flammas Et subdit. dum noua sint subito ma la semina morbi. Nam mora dat vires teneras mora percoquit vuas. qui nō est hodie: cras minus aptus erit. Ui di ergo ꝙ primuꝫ fuerat sanabile vul nus: dilatum longe damna tullisse mo re. Que verba nil aliud sonant nisi ꝙ absqꝫ dilatione motus carnis sunt de primendi: cupiditatesqꝫ subiciende. ¶ Unde ex prouer. sapientum colligitur ꝙ fortior est putandus qui cupidita / tes subicit: q̄ qui hostes. Ut aūt cupi dicates subiciantur: multum ꝓdest si oculꝰ t auris a perceptione munda / norum subtrabantur. Unde seneca ad lucillum epla. lxix. qui ponere vult de sideria rerum omnium: quarum cupi ditate flagrauit: t oculos t aures ab his auertat. nam cito affectus quocū qꝫ se vertit: rebellat. Et idem seneca epla. ij. proice quecumqꝫ cor tuū dila niant. que si aliter extrahi nequeant: cor ipsum cū illis euellas. Juxta illud euangelij. Si oculus tuus scandalizat te: erue eum t ꝓice abs te.

¶ La. xij. ō sinceritate vite ātiquoꝝ.

Este scriptura: nostri ante cessores bonū cupierunt. Cicero in tusc. q̄stio. li. v.

stoici finem bonoꝝ esse senserunt cõ gruũ nature: ⁊ cum eo cõuenienter vi uere. Nã teste apule. li. de deo socratis nihil est deo gratius: ⁊ similius: q̃ vir animo pfectus: ⁊ bonꝰ qui ceteris an tecellat. His igit testimonijs deducit veteres bonã vitam collaudasse. Un tul. in oratione p ligario. nihil tã po / pulare: q̃ bonitas. Et lactã. li. de falsa religione. benedicere quid ad paucos pinet: bene autem viuere ad oẽs. Nã qui male viuũt naturã offendunt. qui autem bene viuunt: naturam do / cant. Tul. li. de amicicia. illos bonos viros appellandos putemꝰ: qui asse quunt quantum homines possunt: na turã optimã bene viuẽdi ducẽ. Et in tuscu. q̃stio. li. iij. Amplissima oĩm ar tiũ est bene viuendi disciplina: quã vi ta magis q̃ lris quidã pscuti sunt.

Ad hoc em̃ natꝰ est hõ: vt ⁊tutibus pficiat. Unde varro in suis sentẽcijs viatores non essent: nisi vt eãt, sic ⁊ vi ta non sine causa fit: sed vt in ea ali / quid preclarũ fiat. Et epla. lxxvij. sene ca ad lucil. Uita nõ est impfecta si ho nesta est. ⁊ cõcludit ꝙ tã vita longa ẽ q̃ longa ⁊ diuturna sunt bona opa.

Antiquos em̃ nouimꝰ virtutibus in / tendisse: viteq; honestateꝫ pcommen dasse. Nos igit exemplo bene viuere xpiani discãt: quibꝰ ex iure maior ob ligatio cõpetit. Nã teste ora. in sermo. hõ factꝰ est ad bene viuere. qr sꝫ vi ta eius legibus pcisis circũuallata est Dices fortassis te bene viuere nõ pos se ꝓpter obloquaces quibus mos est iustorum deridere: simplices et de / uotos hypocritas nuncupare: cultum q; in derisum pro viribus subuertere

Quelo tamen: vt horum loquacitas a bono animum tuum non reuocet quo rum friuola sunt obloquia stulta ⁊ ir rita: nulloq; ponere digna. Unde ca tho. Cum recte viuas ne cures verba malorum. Arbitrij nostri non est quid qs q; loquat. Proximꝰ esto bonis si nõ potes optimus esse. Horatius in carmi nibus. nihil est ex omni pte beatum.

Tutũ est igit ꝓmorum exemplo doce ri. Attendat igit vir prudens: vt eius vita bona sit: ⁊ caueat ne ⁊tutes acq / rere cesset. Un petrus riga in biblia versificata. Te decet hic vt eas festi / no currere gressu: virtutuꝫ semper ad meliora celer. Unde teste ouid. iij. de ar te: magnũ opus est mores composuis se bonos. Sed reuera: teste claudiano in maiorĩ. inquinat egregios adiuncta superbia mores. quia sꝫ plurimorum vitam superbia deducit ad ruinã. aut quia sua p̃sumptio impedit eos ne de um timeant: aut quia sua temeritate vite acerbitatem attemptant: quã ma nutenere non valent. Omnis enim ⁊ tus bona. omniq; virtutum opera lici ta sunt: sed nullus omnia facere põt.

Un virgilius in bucco. Fraxinꝰ in sil / uis: pulcherrima pinus in ortis. Popu lus ĩ fluuijs: abies in montibus altis Et subdit. non oĩa possumus omnes. quia sꝫ sicut nullus arbores omnes attingere: vel secare potest: sic nemo viator virtutes omnes potest adipi / sci sic tñ vt omnium opera magister exerceat. Omnium tamen virtutum habitibus potest illustrare. Sed quis diebus istis bene viuere valebit Nam peccare pudor non est: sed potiꝰ viuere sancte irrisio videtur. Delicto

tant quoq3 innumerabilia currunt ex
empla. Quis ergo resistet? Reuera tūc
bene agere laus est: quando virtutes
deprimuntur. Nunquid laudatur cer
tamen militum: dum hostes irruuntur
Nunquid parui luminis sydus in noc
te candescit: et candele exigue suffra
gio: domus grandis illustratur: quem
lum in die p̄bent obsequiū? Sic enim
tua lucebunt opera: si in tenebris hui⁹
tpis fiant: si bonus tpibus malis inue
niaris. Juxta illud marcialis coci. tpi
busq3 malis ausus es esse bonus q̄
laudabile est. vt quanto asperior est
fortuna: viuendiq3 norma difficilior:
tanto quis fit melior. Bonitas vero
in moribus bonis consistit. de quibus
sene. li. de. iiij. Virtutibus. nō sis arrogāt
nō audax: admone libenter: reprehende
pacienter: contendenti cede: cunctis e
sto benign9 t hūoi. q̄ sene. ibiō exten
sio docet. Uñ idē sene. epla. v. Jo aga
mus vt meliorem vitam potius sequa
mur: q̄ vulgus. Et subdit. tempet vi
ta inter bonos mores t publicos quia
teste augu. turpis est omnis pars vni
uerso suo non congruens. Nec ta
men decet virum prudentem quorum
libet moribus se conformare. quot ei
capita: tot sensus: t gestus. sufficit em̄
voluntati dei sponte submittere.

Quis enim posset tot hominum volū
tatibus obedire? Nā teste plio. mille
hominum species: et rerum discolor
usus. velle suum cuiq3 est: nec voto vi
uitur vno. Et sedulius li. j. Hic loquit̄
nimis. ille tacet. hic ambulat: hic stat.
Alter amat fletus. alter risus querit.
Diuersisq3 modis pars est vesania cūctis. Itaq3 hominum non eadem est
voluntas. Ipsis ergo non oportet al
ludere vt bene viuatur. quia telle qui
dio. j. de arte. non eadem tellus parit
omnia. vitibus illa conuenit: hec oleis
hic bene farra virent. Pectoribus mo
res tot sunt quot in orbe figure. Qui
sapit innumeris moribus apt⁹ erit.
Sed difficile est vt quis omēs mores
sapiat. Sufficit enim ad bonam mora
litatem virtutibus intendere: t pacis
gratiam cum proximis obseruare: a
liencq3 compati angustie: t prosperita
ti applaudere. Juxta illud oratij in po
etria. vt ridentibus arridem: ita fle
tibus amnt humani vultus.

Capitulum tredecimum de odio peccati.

Si homines mortem odiūt
ergo nobis peccata odiosa
sint. exemplo ysbele dicē
tis: iniquitatem odio habui: et abho
minatus sum. legem autem tuam di
lexi. Unde hugo li. ij. de sacramentis
parte. xiij. ca. x. Uitia odiosa sunt.
Nam superbia aufert homini deum.
inuidia p̄rimū. ira seipsum. accidia spo
liat. auaricia flagellat. gula seducit. lux
uria subicit. Et subditur aīma ratiōa
lis in sanitate sua vas est solidum: t in
tegrum: nullam habens corruptionem
ipsa tamen vitia deturpant: t eorum
punt. Nam per superbiam inflatur. p
inuidiam arescit. p iram crepat. p acci
diam frangitur. per auariciam dispergitur. per gulam inficitur. per luxuriā
conculcatur: et in lutum conuertitur.
In iis ergo exercendis pudor t vere
cundia est. Cum enim luxurias p male

agis.nec tamen desistis:nunquid teip
sum iudicas? nunquid tu tibi contra
rius es?Si ergo erubescentia est pro
pria sententia condemnari:atq3 sibi cō
trariari: in omni ergo peccato pudor
est. Ideo dicitur ecclesi.xxj.quasi a fa
cie colubri fuge peccatum.Et sequit.
dentes leonis dentes illius interficiē
tis animas hominum:quasi rumphea
bisaccuta hominis iniquitas. Unde
ad roma.vj. per peccatum enim serui
estis cui obedistis:sc3 dyabolo.

Sed nunquid erubescentia est creatu
ram rationalem subici demoni obsti
nato? Nunquid turpe est vt tibi domi
netur qui suipsius dominus non est.
Hanc tamen seruitutem: atq3 confusi
onem crimina inducunt. Ideo sene.
epla.xlj.dicebat.desidero contra am
bitionem contumeliose agere. cupio
luxuriam obiurgari.z huiusmodi.

Consideret igitur peccator qua morte
moritur per peccatum. quia sicut ait
augu.de duabus animabus.tunc ani
ma moritur:quando a deo deseritur:
aut quando a dei cognitione se auer
tit. Idem ait ipsemet augu.xiij. de ci.
ca.j. Nempe detestabile est:vt te viuē
te:per culpam propriam moriaris:at
q3 in tuo sensu erubescas per pecca
tum.quando scilicet id non agis:qđ
te facturum nosti.

Sophologij liber tertius.
finit feliciter.

Sophologij liber ~~quartus~~ in quo a
gitur de quatuor virtutibus theologi
cis incipit. Cuius nouē sunt capitula.

Capitulum p̄mum quomodo cre
dendum est articulis fidei:etiam quo
dammodo in lumine naturali.

In lumine naturali
quedam articulorz
euidentia potest in
ueniri. Ad cuius de
clarationez p̄mo vi
dendum est: quid
sit lumen naturale.et dicunt aliqui qz
est vis aīe considerata secundū latitu
dinem eorum que ex puris naturali
bus ppendere potest. Hoc autem lu
men vocatur intellectus agens:qui se
habet ad intelligibilia:sicut lumen ad
visibilia. Et iste intellectus agens nō
est intellectus intelligēs.sz eius officiū
est species illustrare:z intellectū actu
are. Ulez aūt aliqui ponūt qz est quod
dā accidens innatū:et cōcreatū.sz cre
do melius:si dicamus qz est ipamet aīa
cōsiderata ꝑut sciꝑaz actuat. Uñ si o
culus esset in se luminosus :extrinseco
lumine nō egeret:sz mediāte seipso vi
sibilia videret. Et tamen alia ratione
diceretur oculus:et alia ratione lumē
vel luminosus. Sic suo modo de ani
ma imaginabitur:sc3 qz ipsa est lumē
z cum hoc potentia intellectiua secun
dum diuersos respectus. Hijs autem
premissis probatur predicta proposi
tio signāter quo ad quatuor articulos
fidei. Unde sic arguo. Articuli trinita
tis.incaruationis.creationis.z resur

rectionis in lumine naturali quodā/ modo perpenduntur. ergo ꝓpō ve ra. consequentia patet.quia isti sunt articuli:de quibus minus videtur.

¶Sed añs ꝓbatur ꝛ primo de articulo trinitatis. Nam in lumine naturali co gnoscitur ymago trinitatis in tribus potencijs anime que sunt vna essen tia.ergo. Unde aug.iiij. de trini.ca. xv.ꝛ.ix.de trini.ca.vj.ꝛ.xiiij.hoc mo do scꝫ per ymaginem venatur arti/ culum trini ¶Item in alijs rebus est vestigium trinitatis cognoscibile in lumine naturali. ¶Unde ali/ qui posuerunt vestigium consistere ī numero pondere et mensura.sicut sa pientie secundo.Aliqui posuerunt il lud principium medium ꝛ finem.si/ cut pitagoras.Alij modum speciem: ꝛ ordinem.sicut aug.iiij.super genī. Alij substantiam virtutem ꝛ opatio nem.iuxta ymaginationem aristo.j. celi.et mundi. Itaqꝫ in omnibus re/ bus est vestigium trinitatis. Res au tem sunt cognoscibiles im lumine na turali.ergo. Item dicimus in natu/ ralibus ꝙ effectus habent vestigiuꝫ superiorum causarum.sicut patet de niuibus cadentibus sub forma stella ri ab influxu stellarum. patet etiam de natis sub signis: que babent con ditiones signorum.ergo a prima e/ tiam causa res producte habent si/ militudinem prime cause scꝫ trinita/ tis. Item phī naturales in lumine na turali ad noticiam trinitatis perue/ nerunt. Unde commentator.xij. me tha.refert ātiquos phōs posuisse in diuinis ternarium. Et aristo.p̄mo ce li ꝛ mundi numerum ternarium di/ uinum vocat. Item August.ix.cōfes. ca.ix.refert ex libris platonis suade ri ꝙ in principio erat verbum vsqꝫ ad illud:ꝛ verbum caro factum est.

¶Et hermes de verbo eterno:monas monadem gignit:ꝛ in seipso suuꝫ re flectit ardorem. id est pater generat filium.ex quibus procedit ardor scꝫ gratia spiritussancti. ¶Item que libet scīa in lumine naturali possibi/ lis fore in ternario fundari videtur. Nam congruitas grāmaticalis:sup/ positum cum apposito triplici condi tione concordat.Logicus termino ꝙ positione atqꝫ figura formaliter con cludit.Rhetoricus et poeta triplici v tuntur stilo. Geometria a triangulo figuras rectilineas incepit.Astrolo/ gia a puncto meridie ꝛ planetarum motu inuestigat.Musicus in tribus primo armonizat. Arithmeticus nu merum ternarium primum comple/ tum tradit.vt etiam dicit aristo.j. ce li et mundi.quia primus numerus ē habens principium.medium.ꝛ finem. Phisicus tribus principijs naturam construi docet. Mirum ergo si scīe naturales in ternario fundentur:ꝛ in lumine naturali trinitas non perpen ditur.ergo. Item si creatum intelli/ gendo ꝛ volendo actū producit: cur deus etiam intelligendo non produ ceret filium ꝛ volendo spiritumsanc tum. Ulterius hoc idem probatur de articulo creationis mundi. Nam si/ cut inter res est naturalis ordo per fectionis ꝛ dependentie: sic debet es se durationis in se: signanter qm̄ pri ma causa non agit naturaliter sed li bere. Unde aristo.ordinez dicit esse

optimū bonū. vt patet. vij. politi. et regarguit aristipū negantē ordinem.

Et alacen scdo pspectiue dicit bonū vniuscuiusq3 rei ex ordine decorari

Jtē nulla est ciuitas cuiꝰ actor non inuenitaꝫ ergo. Jtē phī naturales quifioē nō habuerūt: ad noticiā huiꝰ articuli puenerūt. Unī hermes quē aristo. patrē phōx nūcupat libro suo ō v̄bo eterno. ij. c. Res inquit nō erant ante m̄di creationē: nisi in ipso deo: vñ nasci habuerūt. Jtē galienꝰ in sua alchimia narrat hermetē dixisse: qꝫ in tabula smaragdina in vetustissima lr̄a scriptū inuenerat mundū creatuꝫ fuisse. Jtem aug. vj. de ci. c. ix. refert platonē in suis libris fere de v̄bo ad verbū dixisse verba moysi. Jn principio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. Ueruꝫ q3 aliqui dicūt platoneꝫ descendisse in egyptū: ⁊ vidisse libros ieremie Sed aug. ibidem ꝓbat ex intentōne hoc fieri nō potuisse ex vicissitudine tpox. Jtē arabes: ⁊ sacerdotes egypcij dicūt solem creatū in signo leois vt refert solinꝰ li. suo de mirabilib⁹ mundi. qō refert plato in thimeo.

Jtem tholomeꝰ in. ij. ꝓlogo almagesti post multas laudes aristo. cōcludit qꝫ in hoc sibi nō consentit: qꝫ mūdum creatū non dicit. Uerūq3 existimo aristo. nō putasse mundum eternū a pte ante. licet eiꝰ verba sonare videntur. q̄ sunt intelligenda sic qꝫ m̄dus quantū est ex natura potest ꝓpetuari. Unī aristo. deū creatorem nuncupat. li. suo de regimine principum quem coīoit ad petitionem alexandri narrante phō eius trāslatore. Et li. de secretis secretox pariter consentit deū esse creatorem. quem lib⁹ aristo. edidit. testante iohanne trāslatore eius licet multi obstant. Jtem hypocras li. suo ebdo madaruꝫ dicit planetas eodem modo moueri sicut ab exordio mouebant̄. ergo exordiū habuerunt. Jtem albumasar. j. li. de coniunctionibus differentia prima. dicit mundō ante diluuiū solū duraſſe ꝑ duo milia ānox: cū ducentis vigīti sex ānis: vno mēse: trib⁹ diebꝰ et quarta pte vniꝰ hore. Et dr̄a. viij.

creauit inqt deꝰ hoiem: ⁊ fecit ip̄m nobilissimum aialiū. Et. dr̄a. x. refert heraclitū cōcessisse mundū originē habuisse. Jtē referunt qꝫ quidā sacerdos egyptiꝰ solon phō dixit qualiter lapidē vidcrat ex delubris egypciox delatū: in quo scriptū erat qꝫ m̄ dꝰ nouē milibꝰ durauerat. Et eandē sententiā scripsit sacerdos quidā magistri alexandri. Egypciorum quo ⁊ q3 multi mundum centum milibus annorum duraturū putauerūt. vt refert aug. xviij. de ci. dei. Que oīa ⁊ si falsa tñ mundū exordiū habuisse cōsenciūt. Unī ouidius licet poeta. j. metha. ponit mundi exordiū ꝑ. iiij. etates atq3 diluuiū et cetera. Ulterius de incarnatione hoc idem patet quia viso qꝫ deus potest supplere qō libet genus cause: cur non poterit eque bene vnire sibi naturam humanam sicut suppositō creato vnit accidentalem. Quo facto eque bene denominabitur natura substantialis vt puta humanitas: deum esse hominez sicut albedo facit socratem denominari album. Plura et quasi innumerabilia sunt testimonia ⁊ primitꝰ veteris testamenti. Unde ysa. lxiiij. di-

cebat. vtinam diſrumperes celos :et deſcenderes. Et danie. vij. aſpiciebaꝫ inquit in viſione noctis et ecce cum nubibus celi quaſi filius hominis ve niebat . Nec tñ ſoli fideles chriſtum incarnandum ſperauerunt. quinimo ꝛ gentiles olim miranda de chriſto fu turo conſcripſerunt. Unde albuma / ſar in ſuo maiori introductorio dif / ferentia prima narrat ꝙ in celo ap / paruit virgo honeſta: et munda. pro lixa capillis. facie pulchra. in manu te nens duas ſpicas: ſedens ſuper ſtra / tum nutriebat puerum: cui exhibe / bat ſollicite ad comedendum. Hec vi ſio nil aliud deſignat : niſi ꝙ virgo incorrupta virtutibus :ac genere cla ra: duas ſpicas id eſt naturas in ſe cõ cepit. ꝛ ſedens ſuper ſtratum id eſt ſu per mundi machinam :quoniam lu / na ſub pedibus eius. Ipſa ſiquidem puerum ſcilicet chriſtum ex puriſſi / mis ſanguinibus ſpirituſancto coope rante nutriuit . Huius autem viſio / nis maiorem atteſtationem narrat o roſius: dicens. ꝙ cum octauianus ro me imperaret orbem totum ſua vir / tute fecit ſibi tributarium .quam ob rem populus romanus ſibi applau dare cupiens honores diuinos ſibi impendere diſpoſuit. quia tamen cog noſcebat ꝙ non in propria ſed in di uina virtute orbem ſubiecerat : ideo predictos honores ſuſcipere diſtulit ꝛ tyburtinam ſibillaꝫ quid ſuper hoc facturus eſſet interrogauit. que mul tiplici ratione ſuaſit: ne diuinos ſuſci peret honores . Unde hoc ipſa ſua dente celum illico apertum eſt ſplen dorꝙ nimius effulſit ſuper eum. vi ditqꝫ in celo virginem pulcherrimaꝫ ſtantem ſuper altare tenentem pue / rum in brachijs ſuis. Sed cum octa uianus admiraretur: vocẽ audiit di centem. Hec ara filij dei eſt. Quibus verbis auditis : Octauianus ſtatim ſe in terram proiecit :ꝛ virginem cuꝫ filio pariter adorauit. Hoc autem mi rabile rome accidit in camera Octa uiani in qua nunc eſt eccleſia minorũ

¶ Igitur propheta in perſona dei dice cebat: archus meus in columna nu bis. quia ſcilicet chriſtum futurum in celo patuit. ¶ Nec mirabile ſi vir ginem chriſtum peperiſſe fatemur . quia narrat plinius. viij. natura. abſ / qꝫ maſculis equas grauidari . Cui al ludens ſolinus libro tercio de mira bilibus mundi hoc dupliciter fieri e docet. Unomodo flatibus ventorum Alio modo ſolo maſculi odoratu .

¶ Et dat exemplum conforme de per dicibus europe. Inſuper virgi. in ge or. ſimilem ſententiam atteſtatur di / cens. Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum. Continuoqꝫ ani / dis vbi ſubdita flamma medullis : ¶ Uere magis: quia vere calor redit oſ ſibus ille . Ore omnes verſe in ze / phyrum ſtant rupibus altis. ¶ Excep tantqꝫ leues auras. ꝛ ſepe ſine vllis Coniugis vento grauide mirabile di ctu. Saxa paret ſcopulos: ꝛ depreſſas conualles diffugiunt. Ouidius ſecun do de vetula virginem parituram p dixit: que dyaphebes vocabatur . Dicebat enim naſci debere prophetã abſqꝫ maris cohitu: cuius erat con /

cris complexio prouia future. Et ibi dem notatur a quibusdam expositoribus q per sex annos cum modicis horis ante christi aduentum: glorio/sa fuit coniunctio iouis ⁊ saturni in principio arietis que dei ⁊ hominis coniunctionem insinuauit. et hoc vi/detur quasi prophetizasse Ouidius: vt aliqui dicunt. et cetera. Eodem eciam tempore decima reuolutio saturni completa fuerat. quare mundo diminui debebat renouari. quia principatuum varietas penes decem reuoluti nes saturni maxime attenditur. prout dicit albumasar libro. ij. de cō iunctionibus differentia. viij.

Uirginis etiam partum valeri. li. viij approbat referens virginem fusam oratione: cribrum aqua plenum de tybri ad templum dee tulisse. sic eciā maria rorem celi portauit. Insuper solinus de mirabilibus mūdi narrat puellam voto castitatis meruisse principatum pudicitie. Ouidius etiam li. iiij. de fastis cybelen virginem matrem deorum appellauit. Narrat insuper paulus diaconus: q cum romulus palacium rome construxisset: dictum pro tunc palacium pacis: statuā ibidem posuit dicens: non cadet hec statua: donec virgo pariet. die autem natiuitatis christi etiam a romanis perhibetur corruisse. Narrat etiam eutropius q circulus similis celesti qui dicitur yris eadem die apparuit circa solem: atq; in taberna meritoria fons de terra illa tota die emanauit. Et sic iuxta vaticinium ysaie ydola egypti corruerunt. quia nullū tem

plum fuit: quin saltem aliquod ydolum caderet ipsa die natiuitatis.

Quantum vero de articulo resurrectionis ex multis probatur rationibus etiam naturalibus. et primo ex perpetuitate anime. Nam anima dicenda est perpetua. vt patet tertio d̄ anima. ⁊ hoc quia reflectitur: ⁊ consequenter est spiritualis ⁊ immortalis. Unde plato eam circulo supra se conuersio assimulauit. Item algasel octauo phisice sue capitulo vltimo. dicit animam rationalem esse immortalem. Item hermes de verbo eterno capitulo tertio. idem dicit. et concludit animam bonam deo coniūgi. Item sentit aristo. libro de secretis: ⁊ libro de pomo. Et plato in thimeo futuram gloriam et infernum expresse fatetur. Item sixtus pithagoricus fatetur: futuram felicitatem adesse bonis. Item macrobius libro d̄ somnio scipionis circa exordium ait. beatos eterna gloria frui. Item varro ⁊ porphirius quosdam resurrexisse mortuos ferunt. vt august. narrat xxj. de ciuitate dei. capitulo septimo Unde plinius. vij. naturalium feminam exanimem refert ad vitam rediisse: ⁊ puerum quinquaginta annis post mortem vixisse. Item tul. li. de repu. vj. fingit q post mortem scipionis vidit cum scipio minor cum suis predecessoribus. quod somnium exponens macrobius concludit beatitudinem. Joez sentiunt tholomeꝰ in primo almagesti prologo: et albumasar in .vj. articulo introductorij differentia. xxvj. ⁊ auicenna. viij: me

ba. Item ouidius .flumina inferna lia sepe commemorat. cuius verba licet transumptiua: non tamen mendosa. Item de combustione corporis absq consumptione satis sunt exempla naturalia. vt ponit Augustinus .xxi. de ciuitate dei capitulo .iiij. de monstibus sicilie qui ab exordio creatōis comburuntur: z non minuuntur.

¶ Item de lapide locustos fit pannus incombustibilis. vt refert albertus magnus libro de mirabilibus.

¶ Ex quibus omnibus concluditur q articuli fidei sunt deducibiles in lumine naturali. z hoc circa demonstrationem. Hic tamen notandum q alii qui dicunt q huiusmodi autoritates vel nihil faciunt ad propositum articulorum: vel ipsas fuisse reuelatas.

¶ Nihilominus tamen existimo q z licet plures philosophi habuerint reuelationes: tamen in lumine naturali multa de articulis fidei excogitare potuerunt. Potest etiā dici q philosophi quo ad aliqua viderunt libros prophetarum. Sic enim refert aug. ij. de doctrina chri. c. ij. q plato vidit libros ieremie pphete.

¶ Capitulum secundum dē cultu z veneratione dei.

Quecumq laudabilia possidemus: a deo accepimus. Si igitur serui dominis obsequuntur: si bos possessorem noscat: peramplius fidelis deum colere debet. dicente cathone: si deus est animus nobis: vt carmina dicunt: Hic tibi precipue sit pura mente colendus. ¶ Unde mercurius termegistus ad asclepium. solum inquid animal homo duplex est. quia scilicet inter animalia homo solus ex duplici constat natura scilicet mortali et eterna. Et subdit mercurius. Illa pars simplex scilicet anima: diuine similitudinis formam habet. ergo humanitas semper memor nature: z originis sue in dei tatis imitatione perseuerat. ¶ Nos igitur agentes gratias adoremus deum. hec inquit sunt summe intentiones dei cum gratie aguntur a mortalibus hominum adorantibus: z laudātibus. Que verba clare innunt hominem debere deum colere tanto celebrius: quanto plura beneficia a deo suscepit: z quanto sublimior factus ē ceteris rebus per ymaginem dei: quā accepit. Unde sixtus pitagoricus in suis sententijs: deus libertatem arbitrij hominibus permisit. vt pure ac sine peccato viuentes similes fiāt deo. ¶ Nam templum dei est mens pura z altare optimum est ei cor mundus. ¶ Uir castus z sine peccato potestatem accepit a deo esse filius dei p adoptōnē. Dec ille. Ecce vides o tu hō qm templum dei es. Si ergo in templo cultus deo debeatur: numquid deum tua mēs colere debet? Nam in ꝓuerbijs sapientum dicitur .non aspiciat q̄ plenas: sz q̄ puras quis deo manus offerat .qr nō alter nisi optimus animus pulcherrimus dei cultus est. Ni

ergo refert si munera grandia offe
ras deo sed tua deuotio tue oratōni
valorem imponit.plus enim pauper
cula era duo exhibendo placuit deo
q̄ Cresus talentorum ex munere .
¶Illa siquidem magis placuit:non q̄
magis obtulerit: sed maiori conatu :
deuotioneq3 affectiori era vel obo
lum obtulit:q̄ cresus talenta.vt sa
tis refert hiero.in fine prologi biblie
·Placeat ergo homini quod deo pla
cet.vt monet Sene ad lucillum.epi.
lxxiiij.Tunc enim hoc placet homi
ni quod deo placet : quando cultum
exhibet qui debetur ei.Quod fecis
se philoso .leguntur .Nam sicut ait
plato phūs est amator dei vt narrat
¶Augustinus.viij.de ciuitate dei.
¶Amator autem dei phūs non esset :
si cultum dei sibi debitum subtra
heret.Unde prosper in li. epigram .
hac desiderij deus est pietate colen
dus : iusticie vt merces tota sit ipse
deus.Optima vota deo quorum est
dator ipe douentur.z subdit. Liber
tas nulla est melior :maior ve pote
stas q̄ seruire deo cui bene seruit a
mor.absq3 iugo posita est ditionis a
mica voluntas. Que viget affectu :
non viget imperio.Ecce clare innote
scit:q̄ qui deum amat : ipsum etiam
colit.prout iubet catholica fides.
¶Nam et pecudes suis balatibus: ele
phantesq3 suis flexionibus celsa ve
nerantur.arbores crescendo sursum
eleuantur:elementa celorum impressi
onibus obediunt.semperq3 leges su
as celorum orbes obseruant.
¶Quibus attentis mirum si fide
lis maioribus dotatus gracijs:obe
dientiam pariter et reuerentiam deo
exhibere pretermittat ¶Nec solum
hoc mirum:sed ingratitudinis signū
est. ¶Eos tamen non arbitror fore
dignos laude:qui deum dum colunt
plus cerimonijs q̄ affectibus in
tendunt. Et que putatur eorum de
uotio sepe superstitio est.de quibus
Cicero in oratione.Est etiam quida3
religionis modus.Et subdit.nimium
q3 superstitiosum esse non oportet.
¶Eos etiam commendandos non re
puto:qui diuino cultui licet assistant
sceleribus tamē vsq3quaq3 pleni sūt
Quale enim potest horum esse obse
quium ? Regi enim non placet ini
quus seruitor quomodo ergo deo pla
cebit iniquus peccator?tales enim p
fanatores videntur sanctuarij dei.
¶Unde ouidius libro epistolarum.po
ne deos:et que tangendo sacra pro
fanas:non bene celestes impia dex
tra colit. ¶Rursus redarguendi
bij apparent in diuinis sacrificijs :
qui se ingerunt:altaribusq3 sacris te
merarie se iungunt.contra quos ti
bullus libro secundo ¶Vos quoq3
abesse procul iubeo.di cedat ab aris
cui tulit hesterna gaudia nocte ve
nus. Itaq3 veteres deos suos cole
bant ¶Et q̄q̄ erroribus subiacerēt
apud omnes tamen famosum erat :
deos debere coli. Dicente philoso
pho.dijs non possumus aliud redde
re condignum ¶Illi ergo qui fidem
professi sunt :deum potissime vene
rari debent.Sed quereres:quis deus
colere scit:aut quō venerari dēat.Ar

tende queſo:qm̃ diuinus cultꝰ oratio ne perficitur. Unde porphirius de us omnium pater nullius indiget ſꝫ nobiſcum bene eſt:cum per iuſticiaꝫ ⁊ caſtitatem eum adoramus:ipam p̃ cem ad eum fundentes: per imitatio nem et inquiſitionem de ipſo. Inquiſitio enim purgat. Imitatio deificat: affectionem ad ipſum optando.

¶Unde didimus ad alexandrũ. verbo deus ꝓpiciaṫ orantibꝰ.qõqꝫ dei ſo/lũ eſt cũ homĩe ſuaqꝫ ſimilitudine delectatur. Dijs em̃ ſermonibꝰ apparꝫ qꝑ deũ colere:ipm orare eſt. Uñ te/ſte valerio li.vij.ſocrates humane ſapientie oraculũ cõgrue dixit.a diſqꝫ immortalibus nibil petendũ eſſe ar/bitrabaṫ:niſi vt bona tribuerent.coqꝑ ſciũt qd vtile nobis. Cuiꝰ cõtra/riũ faciunt bij qui certa munera deũ orando petunt ſeqꝫ non credunt ex/auditos:niſi habeant ſo numero qd̃ poſtulant.diuine em̃ ꝓuidentie remittere ſingula tenenṫ.ſperãdo id deuꝫ factuꝝ qd̃ melius erit ,iuxta p̃libatũ ſocratis documentũ. Rurſus plures ignorãtes aut voluptatibus excecati deo ſupplicant:vt eoꝝ impietati co/adiunet:vt etiam vires p̃ſtet:quibꝰ ſua mala exercere poſſint. O q̃ ſtul/ta dep̃catio:a iuſto iudice peetre ſcelus:deumqꝫ putare cõſciũ malorum

¶Uñ antenedorꝰ ſtoicus. Nihil inqt deũ roges:niſi qd̃ poſſis rogare pa/lã. Et iuuenalis.liij.ſatyra.j. Si conſiliũ vis:ꝓmittes ipſis expendere nu/minibus:quid cõueniat nobis: rebꝰ qꝫ ſit vtile noſtris. Nam prorocundis aptiſſima queqꝫ dabũt dj. Carior eſt illis hõ q̃ ſibi. Et ſubdit. Oran/dũ é vt ſit mens ſana in corpe ſano.

¶Fortem poſe animũ mortis terro/re carentẽ:Qui ſpaciũ vite extremũ inter munera ponat. Nature qui fer re queat quoſcũbꝫ laborꝫ. Neſciat iraſci:cupiat nihil:et potiorꝫ hercu lis erũnas crebat:ſaneſqꝫ laborꝫ.

¶Et venere:et cenis: et pluma ſarva napali. Nos igiṫ fideles deum colamus et deprecemur.qm̃ teſte ouidio primo de arte: flectitur iratus voce rogante deus. Et li.de ponto. Confugit interdum templi violator ad arã nec petere offenſi numinis horret opem:quia ſcilicet veteres offenſis numinibus veniam poſcebant. Deo igitur peramplius id faciendum eſt. qꝝ ipſius ineſtimabilis pietas et potes/tas. ¶Sed parum cultus et oratio proſunt niſi cor ſenciat:quod exprimunt voces. ¶Unde proſper libro epigram. Laus verace deo de/promitur ore peccantis. Si que falſa voce fluunt intima cordis habent

¶Qui dedit vt queras:addit vt inue/nias. ¶Sed deus effectum precibus non preſtat iniquis. ¶Quem bonum ſine fine bono perſiſte reperto.

¶Querere non habeant talia vota modum. Nam qui ſe uullo iam mune/re credit egere: Creſcere non cupiens perdit adepta tepens. ¶Que verba nil aliud ſonant:niſi qꝑ vir catholicꝰ iugiter deum orare debet:et non eſtimare:qꝑ nullo egeat. quia ſic opinari preſumptio eſt non oratio eſt.

¶Ut autem orationi fideles melius vacare poſſunt: ſacris diebus

cult⁹ precipitur exhiberi: vt q̄ ceteris
feriis homo pretermisit diebus sup/
pleat colendis. Unde seneca ad lucil
lum epistola. xviij. Festiuis maxime
diebus animo imperandum est: vt
a voluptatibus maxime abstineat.
Ouidius li. de fastis. prospera lux o
ritur linguis animisq3 fauete. lite va
cent aures insanaq3 protinus absint.
quia scilicet diebus sacris paci ⁊ ora
tioni est insistendum. Unde tibullus
li. ij. luce sacra requiescat bum9: rege
scat arator: ⁊ graue suspenso vomere
cessit opus. Et subdit omnia sunt o
perata deo. non audeat vlla lanifica
pensis imposuisse manū. Itaq3 nullus
operibus sacris diebus intendere de
bet. Absit tamē vt credat aliquis ab
operibus pietatis se fore excusatum.
Nam qui pietatem pretermittit ini/
quus est. nullo autem die inique age
re licet. Unde prosper in epigrā. non
recto seruat legalia sabbata cultu: q
pietatis opus credat in ijs vetitum.
Nulla dies actus hominum non dā
nat iniquos. Omnia conueniunt tem
pora iustitie. Ex quibus omnibus cō
cluditur: q̄ sacris diebus sic a labo/
re est desistendum: vt pietatum mu
nera non pretermittantur. Nam in
bonis operibus cultus dei maxime
seruatur.

Capitulum tercium de ydola/
tria: ⁊ de noībus deo⁊: ⁊ dearum.

Vlteres deuz inquirere ne
quiētes: in q̄plurima tur
pia delapsi sunt. Unde

quia deum verum non cognouerunt
loco finxerunt deos: symulachra de
pinxerunt. sic enim legimus hermetē
statuas posuisse. Egyptius quoq3 de
osq3 posuit ab hominib9 productos
Pompilius quoq3 deos fabricauit:
quos secum sepeliuit. Alij quāpluri
mi deum inquirendo errauerunt:
vt narrat Augustinus. xiiij. de ciuita
te dei. Horum igitur theologia
non est ipsa quam fides profitetur.
sed ipsa est fabula: quā sub specie do
ctrine falsissime colorare conantur.
vt tangit Augustinus. xiiij. de ciuita
te dei allegando Marcum varronez
Discant igitur cristiani horum asser
tiones detestari: quorum studium fu
it nouos excogitare deos: varijsq3
ornamentis figmentare sollicitati sūt
Nempe dixerunt barbatum iouem.
imberbem mercurium. saturnum se/
nem. et faustulus floribus preesse cre
diderunt. Innumerabilibus superstī
tionibus deos perscrutati sunt. quo
rum olim pater fuit ninꝰ rex assirio⁊
ydolatra primus. de quo refert pe/
trus comestor in hystoria scolastica.
Refert inq̄ꝫ q̄ cum fuisset mortuus
belus pater nini: tunc ninus ad sub/
leuamen doloris ymaginem patris fe
cit. Cui ymagini tanquā deo reueren
tiaz exhibebat: aliosq3 exhibere facie
bat. Quinimo ad se venientibus in
dulgebat: si quid mali egissent dum/
modo patris ymaginem reuereban
tur. Dicta autem fuit prefata statua
aut ymago bela nomine patris nini
qui belus vocabatur.

Cuius rei occasione alienatos sta tuas erexerunt: ⁊ iuxta sua idcomata nuncupauerunt. Unde apud aliquos fuit bel. apud alios baal. aliqui baan alij belphegor. alij belsebuch accepe runt: vt dicit ysidor. viij. ethimolo.

Kursus apud egyptios ysis, apō ce/ tam iupiter. apud mauros iuba. apud latinos faunus. apud romanos qui/ rinus. apud athenienses minerua. a/ pud samos iuno. apud paphos ve nus. apud lemnos vulcanus. apud na xos liber. apud delos appollo. Kur/ sus apud romanos esculapius: deus medicine nuncupatus. Babilonij quo q3 bel ydolum acceperunt: de quo su perius. Et greci complures: prepuciu3 deum ortorum nuncupauerunt. Belse buch quoq3 de quo supius fuit de⁹ in acharon ⁊ interpretatur deus musca rum. Nam sebuch mnsca est. Dij er go sunt dij de quibus propheta. qm̄ omnes dij gentium demonia. Kur sus q̄ legimus commemoremus. Le/ gimus enim q⁹ saturnus origo deoru3 a paganis designatur. Et ideo satur/ nus dictus est: a temporis longitudie seu a saturitate annorum quia ipsum antiquissimum ferūt. de quo etiā ferūt q⁹ filios suos deuorauit: pr̄isq3 celij ab scidisse genitalia fertur. Alij quoq3 di cunt q⁹ ex suis genitalibus in mari ꝓ tectis nata est venus. Leterū alij io/ uem a iuuando victum patrem deoꝝ appellant. ipsumq3 optimum referūt.

Et qñq3 fingunt taurum: eo q⁹ euro pam rapuit. taurus enim maxime li/ bidinosus est. quandoq3 etiaz ipsi fin gunt cum aquilam: modo serpentem modo agnum: secundum varietatem eorum q̄ fecisse creditur. Leterum alij dicunt ianum celi ianitorem seu ianu am. duasq3 facies ipsum habere ferūt ⁊ ex consequenti bifrontem ipsum ap pellant. Ecce qualis deus monstruo/ sus est. Alij quoq3 neptunum deum a quarum predicauerunt. Alij dicūt vul canum deum ignem. Unde vulcanus quasi volicanus. quia sua velocitate fertur volasse per aera more ignis.

De isto dicit omerus. q⁹ fuit precipita tus de aere in terram. Et exinde ful/ mina oriri putantur. Ipse etiam vul canus de femore iunonis fingitur na tus. Et fertur claudus more ignis qui nunquā recte: sed curuatim mouebat.

Leterum alij plutonem deum affirma uerunt: quem latini vocant diespitr̄e.

Alij vero orcum ipsum nuncupant.

Et fertur receptator mortuorum. deq3 inferni a poetis fingitur. Alij quo q3 liberum depinxerunt more mulie/ bri delicatum: et deum libidinis ipsuz descripserunt. Sed quidam dicunt q⁹ ipse non libidinis: sed potius deus vi ni nuncupatur: qui alio nomine bach⁹ dicitur. ferturq3 cornutus: ⁊ corona vitrea coronatus. Insuper alij fingūt mercurium pennas habere ferturq3 deus sermonis et eloquentie.

Unde mercurius sermo est. Pingitur q3 mercurius cum capite canino: et a las in capite et pedibus habuisse fer tur. Furtiq3 magister creditur. Insu per alij dixerunt martem deum belli

Appollinem deum medicine. qui etiā phebus: sol: vel titan appellatur.

Leterum vltra deos: alij deas elege runt. quidam em̄ dyanā quā dicūt bi nā atq3 v̄ginem susceperunt. et dicit

oyana quasi ouana.eo ꝙ die ⁊ nocte apparet.⁊ alio nomine lucina vocaꝫ. Alij autem cererem in deam elegerunt ꝙ quam terrã intellexerũt quam dixerũt magnã matrẽ: atqz vebi in curru cũ timpanis ⁊ cimbal. Alij aũt minerua:vt dictũ est;elegerũt.vt athenien. qui eã dixerũt multox ingeniozz inuentricẽ. Et dicũt eã de capite iouis natã:in cuius pectore fingunt caput gorgonis.Alij aũt elegerũt palladem que pallantẽ gigantem sic dictum interfecit. Alij elegerunt venerem vt supius dictũ est.Rursus gentilium aliqui cupidinem dixerunt deum licet vidꝫ atur nomen femineũ.⁊ hunc depinxerunt sub forma pueri. ⁊ dixerũt ipm deũ fornicationis.Unde ⁊ sagittam:⁊ facẽ tenere fingitur. qz lubricꝰ amor more sagitte vulnerat: ⁊ more facis inflãmat.Letex greci dixerũt pan deuz rusticoxz:quẽ latini vocant deũ siluax ⁊ hũc fingũt habere cornua ad similitudinẽ solis ⁊ lune.rubetqz eiꝰ facies ad similitudinẽ etheris.Et fert.vij.fistulas quibus armonisat, caprinasqz vngulas habere legiꝫ. Insup apud egyptios maximꝰ deꝰ fuit dictus serapis.qui cũ primo fuisset rex argiuorũ dicebaꝫ apis.sz postmodũ trãsuectus fuit in egyptũ.ibiqz mortuus serapis appellatus est. Letex apud paganos faunꝰ fuit deus. sic vocatus a fauco faucs.eo ꝙ fauebat eis ⁊ futura predicebat. Hijs igitur delusionibus gentiles adheserunt. fataqz sua dixerunt deos:⁊ fortunã deam dici non preter miserunt. deasqz aquarum nimphas appellarunt.⁊ deos quos in domo colebant dixerunt penates. deosqz mortuorum manes nuncupauerunt. Itaqz in suis erroribus persecuerantes viam veritatis ignorauerunt. Rursus posco vt errores delucidemus: nationibusqz diuisim ascribamus:a caldeis incipientes.de quibus refert nathor ꝙ caldei deum nescierunt: sed elementa ⁊ creaturas coluerunt.suosqz deos custodientes statuerunt: ne a confinibus raperentur. Heu quales dij qui custodia egent. Ipsorum autez caldeorum plurimi ignem posuerunt deum:eo ꝙ omnia deuorare videtur. Sed modica est ratio ymmo ridiculosa.quia saltem videre potuerunt ꝙ ignis ab aqua extinguitur. Leterum grecorum errorem narremus:qui dicentes se sapientes stulti facti sunt. Elegerunt enim in deum saturnum commestorem filiorum. iouem secundum eos adulterum. Herculem ebriosum.

Ecce quales dij.Leterum egyptij deteriores animalia bruta coluerunt. vt ouem.vitulum.hyrcum.⁊ porcum.corvum.accipitrem.vulturem.aquilam. cocodrillum.lupum.simiaz.draconem ⁊ aspidem. Itaqz brutis occasione cuiusdam vtilitatis:vel obsequij sacrificabant.vt tangit Tul.libro ꝑmo de natura deorum.de quibus ysaie .xlij. Facta sunt simulacra eorum bestijs. ⁊ iumentis similia. Leterum romani deos ineptos colebant:dicentes eoruz ope imperium suum dilatari.vt tangit augustinus.iij.de ciuitate dei. Cum tamen gothorum gens ipsos opprimeret ydolis iuuare nequientibꝰ solo christi nomine mediante euadere potuerunt. Nec mirum qui cum dij nõ essẽt iuuare non poterant.

Unde crisantus ad darium. quomodo inquit possunt vobis esse custodes: q cum non custoditi fuerint: nocte a canibus vel furibus rapiuntur. Un̄ aug li. j. cōfes. nonne ergo intelligo et tonā tem iouē: et adulterantem: et vtiqz non posset hec duo. verūtamen gentiles cor deorū testant illecebras in q bus confidūt. Dor autem fabulis socrates ꝛ plato non adherētes deū sū/mū et vnū cognouerunt.

Capitulum quartum quomodo p fidem saluamur.

Ajoces est fundamentum legis ꝛ cōsequenter via salutis. Un̄ fidem qr plures respuerūt: ideo celestis glorie plenitudinē non acceperūt. Nēpe fides xp̄iana nos facit heredes quā tn̄ multi respuerūt. sic romani quondā: qui infelices p fidē factos se putarūt. Alij vero fidē susceperūt: sed ab ea recesserūt. et alij fidē quā susceperūt retinēt: sz eis opa negligunt. Hec aūt oia faciūt vt liberi fiant serui. heredesqz per tpalia redduntur exules. qr ratio dn̄andi orta est p peccato ꝓut ait aug. li. x. de ci. ca. xv. Nec tn̄ illa vera est romanorū opinio: qui p fidē infelices se factos dicunt. Reminiscant̄ queso illis hystorie quā narrat salustius apud eos autentic9. quā etiā cōmemorat augu. iij. de ci. ca. xviij. Narrat em̄ ꝙ res romana seu ciuitas roma ante fidei susceptionē a hānibale sic opp̄ssa fuit: totqz milites romani exercitus corruerunt ꝙ hannibal inuasor ipsorū tres modios plenos misit romanis: in quibus tantummodo anuli erant qui de digitis militum romanorum extracti fuerant qui quidez milites omnes corruerant. Quis enim casum grauiorem legit: nec tamen fidei xp̄iane: quamnō dum nouerant: imputare possunt.

Potius ergo studeant imputare peccatis. qm̄ vt ait aug. in suo tractatu de exordio romane vrbis. deus permisit romanos flagellari. quia seruus sciēs voluntatem domini: ꝛ nō faciens: plagis vapulabit multis. luce. xij. Nam in ignem ponitur aurum: vt purificetur. et cum tribula triticum purgatur Sic etenim puniti fuerunt vt conuerterentur. Unde iosephus iudeos alloquens sic inquit. Si vobis obest longeua persecutio: quid dicam ignoro: nisi quia scio ꝙ illis bene est cuz quibus deus. quasi diceret ꝙ si eis male est: hoc ideo eis accidit: quia ipsos ꝓpter peccata deus deseruit. Quamobrem ipse iosephus egesippus li. vj. sic dicebat. Deus inquit vos deseruit quia pietatis cultum deseruistis. speratis enim dominum. sed qui vos defendebat: migrauit ad hostes. quem autem colebatis romani venerantur.

Uos autez offendistis. Hec enim verba diriguntur iudeis existentibus in captiuitate romanorum. vnde ibidem subditur. Non in multitudine sed in timore dn̄i abraham penetrauit egyptum. Dormiebat abraham et torquebatur pharao. Moises contra egypcios orabat. Josue: gedeon: ezechias non virtute sed oratione preualuerūt quoniam non in multitudine exercitus belli victoria: sed de celo est fortitudo eius. vt dicitur. j. machab. iij.

Et iuvt.viij.si deus nobiscum est:cur apprehenderunt nos hec omnia scili/cet mala: quasi diceret q malum non habent qui cum deo sunt per fidem. Quapropter aug. epla prima fidei cristiane impugnatores sic alloquitur. Qui enim ausi sunt fidem cristianam impugnare:dent precor sine.fide tales mites:tales ritus:tales iudices:aut reges:quales christiana lex commendat Exhibeant pro laboribus talem mercedem:sicut fides promittit. Nostra siquidem lex continenciam beniuolen/tiam iusticiam atq concordiam predicat. Nunquid enim hec omnia bone/sta sunt. Fortassis tamen ignara mens sit querula: cum illa audit ra/tionem quorum ignorat.illaq credere recusat:experimento que non vidz Dorum enim ignominiam redarguit aug.xxij.de ci.ca.iiij.dicens stultuz fore eorum que creduntur postulare rationem. quia in naturalibus plurima fatemur quorum rationem ignoramq Cur enim miraris si audis corpus igne cremari:nec tamen consumi. Nam sicilie montes vsqz nunc z deinceps flammis estuant:z integri perseuerāt Non ergo consumitur omne quod ardet. Non est ergo incredibile hominū corpora sempiterno supplitio in igne puniri sine detrimento. Unde ibidem aug. quis inquit nisi deus dedit carni pauonis:vt non putrefiat:quod tamē auditu incredibile videretur. Accidit vt apud cartaginem hec auis cocta nobis apponeretur:de cuius pectore seruare iussimus. Nec tamen aliqd putredinis inuenimus. Unde post dies plusq̄.xxx.nulla corruptio inuenta est:nisi q aliquantulum corpulētie sue cionis z contractionis fuit.quis inquit augu. dedit palee vt poma immatura maturet vel vt obrutas niues seruet quid est q ignis cum pulcherimus sit calore lignum denigrat: z lapides dealbat:quid est q aqua frigida que immicatur igni calcem feruere facit:oleū tamen quod magis est fomes ignis: nulla sui perfusione feruere facit?

Hoc enim mirabile:si de aliqua indie regione legeremus siue audiremus:et in nostrum experimentum venire nō posset.perfecte vel mendatium putaremus:vel granditer miraremur. Quid de magnete dicemus:qui ferruz rapit si tamen adamas ei iungatur: tūc ferrum quod rapuerat mox remittit.

Hec aug. Que omnia hic adduxi:quia non est quorundam experientia corum que creduntur. nec minus credenda sunt:experimento si carent. Un gen. xv.dicitur q abraham credidit deo: z reputatū est ei ad iusticiam.

Capitulum quintum de consolatione spei.

Spes consolatur mentem. vires eleuat.labores pacie ter ferre largitur. Unde seneca.in hypolito. O spes amantium credula. Et lucanus li.ij.liceat sperare timenti. Nam spes prebet operanti vires terminandi opus. Unde ouí.li.epistolarum. Spes bona dat vires: spes bona victa timore cadit. fallitur augurio spes bona sepe suo. ex qb⁹ verbis apparet: q spes bona consolidat operantem: qua deficiente tepescit. Unde

tibullus libro.iij.spes fouet:ꝛ melꝯ cras fore semper agit. Itaqꝫ per spē sperant omnes bonum eis affuturū Sed friuola spes est illorum qui bonum expectant:qō mereri non stu / dent. Salterus in gestis alexandri magni.Spes quā meritum proprius non preuenit a spe deuiat: ꝛ verum dat ei presumptio nomen. Cur enim in eo speras:qō tibi meritis acquire re non vis? Cur enim speras nisi desideres? Et si desideras:cur non queris? Reuera nō queris si habenti qō petis non subseruis. O q̄ vana spes multorum est. plures enim credunt deum propicium eis: cuius precepta contemnunt. Alij quoqꝫ iuuentutis pretereunt dies absqꝫ operibus bonis.ꝛ in diebus senectutis se bene facturos confidunt. Sed quis ō longe ua vita securus est. Stultus ergo est qui spem in vite sue diuturnitate ponit:ꝛ qui sub spe vite breuis alterꝯ successionem habere confidit. Stul / tus etiam qui suis somnijs spem adhibendo:credit bonum affuturum.

¶ Quos omnes redarguit catho. Somnia ne cures nam mens humana qō optat:dum vigilat sperat:per som / num cernit idipsum. Stulticia est in mortem alterius sperare salutem.

¶ Tempora longa tibi vite promittere noli. Quocumqꝫ ingredcris sequi / tur mors corporis vmbram. Non igitur hec spes habenda est: sed illa de qua propheta. Beati qui sperant in domino.spera in eo ꝛ ipse faciet.

¶ Plures autem in deo spem non ponunt:sed abiecta spe future glorie omne quod possunt hic gaudium: licet vanum accipiunt. Dicit enim quintili.causa prima.nihil esse difficilius q̄ differre gaudium.qō verum est ō bijs qui vita tantummodo credunt: ꝛ licite sperandis animos suos minime alliciunt. Dicunt enim illud Ouij. iij. de tristibus. Deniqꝫ non possum nullā sperare salutem ¶ Cum non sit pene causa cruenta mee. Hoc em̄ plurimi dicunt. dum enim affliguntur: se causam habere omnes negant. et qō prauius est de salute non sperant ¶ Utinam dicerent illud ouidij. li. de ponto. Quāuis sit semper meritis indebita nostris:magna tamē spes ē in bonitate dei. ¶ Nam teste sedulio in carmine paschali li.iiij. Nil difficile est conferre deo cui adest facultas: vt scilicet possit planare curua:mitiga / re dura: ꝛ quicquid natura negat se iudice prestat. Et in carmine de me / diatore. hic homo qui deus est spes est antiqua:prisorum spes in fine pijs hic homo qui deus est. quia scilicet christus spes fuit antiquorum patrū ¶ Est etiam spes finalis iustorum.

¶ Nam et ipse homo:et deus est. Deus autem spes omnium profitetur. Unde arator li.ij. Certe que humanum transcendunt gaudia votum: hoc facile est prestare deo;cui muneris vsq; fit potior que nemo putat ¶ Stulti ergo sunt qui se bona habituros diffidunt:ea si fecerint que debent. Sed fortassis loco confidentiam perdunt quia incessanter cupiunt:ꝛ qō possi /

gj

dent perdere metuunt. Contra quos seneca epistola. v. ad lucillum. Apud cathonem nostrum inueni: cupidita/ tum finem etiam ad timoris remedia proficere. ōsines inquit timere: si spe rare desieris. quia scilicet illi cum ti/more viuunt: qui semper sperant ea que secura non sunt. nec sperant in e o cuius est prouidere cunctis. Felices enim essent: si spe pretermissa vano rum: fiduciam totam in domino ap/ponerēt. Nam teste seneca epistola. xij. ille beatissimus est: ⁊ securus sui possessor: qui crastinum sine sollicitu dine expectat. dicente domino in euā gelio. nihil solliciti sitis. Ue igitur illis quorum spes posita est in mun/do. labilis ergo: ⁊ caduca. sed pauper tas expedita est ⁊ secura: vt ponit se ne. epistola. xvij. Omnes enim qui confidentiam mortalibus prebuerūt maiori sue necessitati succurrere non valuerunt. Unde narrat valerius li/bro. vij. q̄ cuz rex ganges vt secundō alios giges rex lydorum opulentissi/mus etiam ab apolline petijt: an ali/quis mortalium ipso felicior esset: vo cemq3 audiuit dicentem: agilaum so phidum eo feliciorem. qui tamen agi laus pauperimus erat: etateq3 se/nex: et tamen sui campi methas nun q̄ excesserat. Ratio vero cur felicior erat hec. est quia pauper iste securior rex autem prefatus in fortuna timidi or. Ideo lucanus libro quinto. O vita tuta facultas pauperis. Et iuue nalis libro. iiij. Cantabit vacuus coraz latrone viator. Ita in diuicijs spes nullatenus constituenda est: eo q̄ in ipsis nulla est securitas. Unde tibul. libro. j. diuitias alius fuluo sibi con/gregat auro: quem labor assiduus vi cino terreat hoste. Et subdit. Me mea paupertas vita traducat inerti dum meus exiguo luceat igne focus Et ibidem libro. ij. Non me regna iu uant: non lidius auriser amnis: nec quas terrarum sustinet orbis opes. Hoc alij cupiunt liceat mihi paupere cultu: securo vite munere posse frui. Que omnia concludunt: nullaz in ter renis fore securitatem. In quibus ta men fere omnes spem suam costitue runt: quāobrem in spe falluntur sua co q̄ in bonis eternis cosolationem sibi affuturam non prestituūt: in quo rum spe omnis consolatio solidatur

Capitulum sextum de perpetui tate anime: ⁊ de spe vite future.

Anima de nihilo creatur: ⁊ non educitur de poten cia materie: vt plures pu tauerunt heretici: dicentes animam cum corpore generari naturali semi/ne: corruptoq3 corpore corrumpi.

Itaq3 post hanc vitam nullam aliam sperantes: lubricitatem atq3 volupta tem summam felicitatem crediderūt Cuius opinionis fuit aristippus: vt in pluribus passibus narrat augusti. de ciuitate dei De talibus loquitur tul. li. ij. de tusculanis questio. vides

inquit nonnullos pecunie cupidos ⁊ glorie multos libidinum seruos.
Quamobrez Policra. libro tertio ca pitulo. xiij. loquens Augusto: dicebat si deceptores istos desit adulatores istos exterminaueris: deos te precel lere non putabis. Nam adulatores suis mendacijs homines mortales de ificant. bij enim sunt scorpiones: fa/ cie blandientes: cauda percucientes: vt inquit hieronimus epistola. lxxxii ij. Absit igitur illud ezech. iiij. tibi me rito posse dici. cum scorpionibus ha bitas semper. super quo verbo Gre/ gorius libro primo omelia. ix. Adu/ lator tanꝯ scorpio palpando incedit sed cauda ferit: ⁊ sicut apis mel in o re gerit: sed pungere querit. Et idem Gregorius moralium quarto adula/ tores inquit lactant illos quos lau/ dant. Sed attende quid sapiens pro uerbiorum primo dicat. si te lactaue/ rint peccatores: ne acquiescas eis.

Unde ysaie tertio. populc meus qui te beatum dicunt: te seducunt. Su/ per quo Hieronimus. adulatores sūt hostes: ⁊ scintille dyaboli: propinant autem pocula mortis. Quapropter alexander nequā libro de naturis re rum adulationem vocat venenū mel le mixtum. Hij tamē hominibus pla cent: quia blandicias licet mendosas exhibent.

Capitulum quartumdecimum de hospitalitate.

Caritas exigit: vt fratres ⁊ proximus in hospitio su scipiamus. Nam abrahas hospitalitatis amator extitit. Unde tres angelos: quos credebat homi/ nes benigne suscipiens refecit: quam obrem meritis quāplurimis apud ō um claruit. Attendamus enim quo/ niam ⁊ animalia irrationalia hospi/ talitatem habent: prout ait ambrosi us in suo exameron omelia quīta.

Discant ergo homines hospitalia ser uare iura. ⁊ ex quibus cognoscāt qd hospitibus sit deferēdus: q̄ obsequia deputanda: quibus scilicet hospiti/ bus cornices pericula sua negare nō solcant. Uñ ibiō narrat: q̄liter corni ces ciconias sibi inimicas in hospitio recipiūt: ⁊ iō xp̄ianis loq̄ns ābro. dic

ferunt. Insuper narrat Pollicra. li. viij.capitulo tredecimo. q̄ infideles etiaz propzios hostes consueuerūt in hospitio suscipere. Unde apud cōs lex habebatur: q̄ qui hospiti negabat hospitium: etiam vsqz ad quartum diem infamis erat. esto etiam q̄ esset hostis regionis vel ciuitatis. si tamen vltra quatuoz dies hospitem quis detinebat: crimen incurrebat.

Leterum libro septimo ecclesiastice hystozie capitulo. xxviij. narrat quomodo sacerdos qui erat custos ydolozum: z inimicus religionis christiane: nihilominus Gregoziuz episcopū gratis suscepit. Cum tamen Grego. ab eo recessit: tunc sacerdos ille more solito ad suum ydolum ibat vt responsa ab eo haberet: sed cum nihil responderet: sacerdos multiplicabat victimas nec tamen ei proderat quia ydolum semper tacebat. Accidit tamen vt de nocte demon sibi reuelaret: qualiter gregozius episcopus ipsum de templo proiecerat: nec ingredi audebat nisi gregozius eum licenciaret: sed tunc ille sacerdos ad episcopum accessit supplicans vt propter hospitalitatem damnum non incurrat. petebat igitur vt ydolum suū loqueretur vt prius: z tunc gregoziꝰ epistolam in hec verba scripsit apollini scilicet dyabolo. permitto tibi ad locum tuuz redire et agere que cōsuesisti. quam epistolam detulit sacerdos ille: z tunc ydolum mediante demone sicut prius loquebatur. qō videns sacerdos: cogitauit quoniam gregozius ydolo suo fortioz erat: at q̄z ei imperabat. Relictis ergo ydolis ad gregozium cucurrit: z baptizatus in fide tantum profecit: q̄ in episcopatu sibi succedere meruit. Ecce q̄z bona hospitalitas que hospiti salutem ministrauit. Quapropter Tullius secundo de beneficijs. recte inquit laudanda est hospitalitas: quia valde est decorum domum hominuz patere hominibus. Unde narrat ibidem de quodam qui symon dicebatur: q̄ hospitalitatem summe amauit z suis subditis imperauit: vt hospitibus de omnibus prouiderent. Et gregozius libro secundo omelia tertia dicit: q̄ hospites non solum sunt inuitandi: sed trahendi. Unde cassianus libro secundo collatio. narrat de quodam qui si per quinqz dies hospites non habuisset: tunc refectionez suam deferebat: et in sabbato ad ecclesiam pergens: an essent aliqui peregrini diligenter inquirebat: z pietate motus humana hospiti prouidebat.

Ioco prima petri quarto dicitur hospitales inuicem sine murmuratione Sene. iiij. de benefi. ca. xxviij. de quodam milite narrat: qui cum benigne fuit susceptus in hospitio cuiusdam fere tribus diebus: tunc recessit dicens. faciam tibi gratiam si me contingat videre dñm meū. Cū ergo quem nisz ad phīlippū regē macedonum petijt sibi dari p̄dia sui hospitis: q̄ sibi placuerāt: z suū hospitem expulit.

Cum tamen regi narrata fuisset mi/
litis ingratitudo: previa iussit restitui
priori possessori scilicet hospiti. Amā
da est igit hospitalitas que tanta be
nefitia confert. Unde Augustinus epi
stola. lxxvij. omnes inquit sunt recipi
endi: ne boni excludantur.

Sophologij liber quartus feliciter
finit. Incipit quintus: in quo agitur
de quatuor virtutibus cardinalibus z
continet decem et septem capitula.

Capitulum primum de vera iu
stitia.

Justiciam sibi qui in suo iure:ãt causa ꝑ pria fieri petit: iu/stície debz amatoz es se.ut szvnicuiqz qõ suum est reddat. Juxta illud ambro. Justicia est que vnicuiqz suũ reddit: alienum non vendicat: vtilitatez pro priam non negligit: vt equitatẽ custo diat cõmunez. que scilicet iustia rectis sime cardinalis dicitur. quia circa illã oẽs alie versantur. Nec tamen iustici a valet in eo qui timet ratione cuius timoris iusticiam facere non audet. Tul. li. ij. de offi. Nemo iustus esse po test: qui mortem: qui dolorem: qui ex lium: qui egestatem timet. aut qui ea q̃ sũt contraria his equitati antepoĩt Nempe iustícia est vna omnium dña reginaqz virtutuz. vt ponit idem tul. li. iij. Fortasis iusticiam multi facere recusant: quia minas vel munera sen tiunt. Ji etenim instinctuz natur: sub uertunt. quia teste tul. li. j. de legibus nihil prestantius q̃ intelligi nos ad iusticiam esse natos. Non enim opi/nione: sed natura ius est constitutum vnde Sene. li. de quatuor virtutib9 Justicia est nature tacita conuentio i adiutoriuz multorum inuenta. Illi er go vereantur in quorum manibus iu stícia posita est. eodem tamen pacto quo iusticiam deserunt: naturam pro priam et alienam offendunt. eo ꝙ ius ꝓximis non impendunt. Justinia. li. j institutionum. Justicia est constans ꝑ ppetua animi voluntas ius suum vni cuiqz tribuens. Hugo. iusticie opus est motus mentis rõnalis: qui secun dum deum incedit a cordis conceptõ ne surgens: et foras vsqz ad actio/nem corporalem procedens. Absit igitur vt quis iusticiam pro munere subuertat. quia teste tul. li. prealega/to de legibus. iusticia est obtempera tio legibus scriptis: institutisqz popu lorum Et subdit. idipsum aũt iustissi mum est: iusticie mercedem non que rere. Qui enim pro iusticia mercedez querit iustus nõ ẽ. eo ꝙ stateram suis muneribz ex altera parte trahere fa cit omnes tamen quo ad iusticiaz eq̃ les sumus. Absit igitur vt propria cõ moditate quis seductus iniusticiam alteri faciat. Unde mercurius terme gistus. iusticia inquit nihil ẽ aliud q̃ dei vocatio. Et subdit. deus qui ho/minem generat et inspirat omnes pa res esse voluit eandemqz viuendi cõ ditionem omĩbus proposuit: immor talitatez omĩbusqz spopondit. nemo apud eum seruus est. nemo dominus nemo pauper ẽ: nisi qui iusticia indi/get. nemo diues: nisi qui virtutibus plenus ẽ. Eapropter lactã. li. de vero cultu. Primum iusticie officium ẽ cõ iungi cum deo. Secundum est coniũ gi cum homine. sed illud primum reli gio dicitur. secundum vero humani tas nomiatur. Itaqz tam deo q̃ pro ximo iusticia debetur. Judex sic ergo iudicet: vt deum non offendat. et pro ximum non iniurietur. Non ẽ enim iusticia: vbi crudelitas exercetur. Nẽ pe Cãbises taz seuerus fuit: vt iniu stum iudicem excoriari fecerit: et su per iudiciariam cellam pellẽ eius ius sit extendi. filiumqz eius ꝓ iudice se dere mandauit: vt iniuste iudicare ti meret: ne simile iudiciuz pateretur ꝓ

ut narrat elinandus libro xv. Hec si quidem magna seueritas fuit q; quã quã iusticiam debuit iubere conser/uari:asperitas verũtamen fuit fortas sis iubere excoriari.sua igit sententia quo ad zelum iusticie sancta fuit:sed executione nimis aspera: vt quidam affirmant.quibusdam tamẽ alijs placet nimio rigore iusticiam seruari nõ posse.Unde valerius li.vj.ca.vj.narrat de zelanco q; cum filius eius propter adulterium vtroq; oculo priuari deberet:ne lex quã ediderat ipsius occasione violaretur:sibi vnũ & filio alterum oculos erui fecit.Et ita vi/dendi vsum vtriq; relinquẽs debitũ supplicij modũ legi reddidit:equitatis admirabili temperamẽto se inter misericordem patrem et iustum legislatorem ptitus. Ecce q; stricte iusticiam seruauerunt. Unde arbitror quãtum ex me: impium iudicem quasi aspere nimis puniri non posse.quia teste Ouidio.j.de arte:nec enim lex ego vlla:q; necis artifices arte perire sua. Nam iudex damnatur cum nocẽs absoluitur.nimirus igitur:si iudex lege pereat sua. Cur enim condite sũt leges:nisi ut obseruentur. Nam lege irrita:qui peccat puniendus est:ille signanter qui leges quas condidit violauit.Unde narrat Ualerius li.viij. ca.vj.q; cum licinius legem sanxisset ne quis amplius q; quinquaginta agri iugera possideret:ipse mille compauit.vt tñ crien simularet:filio dimidiam partem emancipauit.Ob hoc a Marco pompilio accusatus:primus lege sua cecidit. docuitq; nihil aliud debere principi:nisi quod prius impetrauit quisq; sibi.Nam teste tullio in apologetico suo: suspecta ẽ lex que probari non vult.aut que probata si fuerit:non dominatur.tanq; dicat:q; lex si bona est obseruanda est signanter ab eo qui eam constituit.
Unde Catho.Patere legem quã tu/ipse tuleris.Judicis auxilium sub ini qua lege rogato.quoniã et lex si bona non fuerit:adhuc timenda ẽ.Mala lex tamẽ non meretur lex nominari.quia teste Tul.li.j.de legibus.lex ẽ ratio sũma insita in natura que iubet ea que facienda sunt prohibetq; contraria.Et ibidem.lex ẽ recta ratio imperandi:ac prohibendi quã qui ignorat iniustus est. Et subdit:iusticia est obtẽperatio legibus scriptis institutisq; populorũ. Ipse tamẽ idẽ Tul. leges proprie non putauit humanas. sed bone si fuerint quasi quasi a deo sunt.Unde li.ij.de legibus hanc inquit: video sapientissimoz virorum esse sententiam:legem nec hominum ingenijs excogitatam:nec aliquid esse populorum:sed eternum quoddaz qõ vniuersum mundum regeret imperandi prohibendiq; sapientia.Uñ idem Tul.philippica.ij.lex nihil aliud ẽ q; recta ratio a lumine deorum tracta imperans honesta:et prohibẽs cõtraria.Legum ergo seruanda ẽ fides:vt dixit Uirgilius in geor.li.iiij.
Aliqui tamen stulti iudices voluntatem pro lege sumunt.Uñ iuuena.li.ij sic volo:sic iubeo:sit pro ratione voluntas.In his aũt nulla iusticia est.

Capitulum secundum de eloquẽtia aduocatorum.

Pro iusticia exequenda: ãt saltem dirigenda: cum nõ omnes clerici queant esse oratores et aduocati constituti sunt. quorum eloquentia non nisi iuri faue re debet. Ue igitur horum eloquen / tie: que non nisi fallere petit. Unde didimus ad Alexandrum artem bene loquendi non discimus: neqꝫ facun / die rhetorumqꝫ operam damus: quo rum officium est phaleratis sermoni bus figmentare mendatia: innocen / tie fidem conferre criminibus parri cidij ꝙ reos assignare piissimos qui dum putant aliene laudis fructum p inicꝫ victoriam rapuisse: nesciunt se munimentum sue conscientie perdi / disse. Nempe huiusmodi ꝓres aduo cati reperiuntur. sed vtinam multi tã bene viuerent: cꝫ bene loquuntur. ut supplicat Lactantius de vera religio ne et sapientia. Sed probdolor mul tis mortifera est sua facundia. vt iu / quit iuuenalis li. iiij. Unde prosper in epigrã. non prodest cuicꝫ solis bona dicere verbis Impia mens habeat quod bene lingua sonat. Nam fari re cte miserum est et viuere prauo. Pa rum igitur prodest facundiã habere et fauori delictorum ipsam applicare Parum insuper prodest elegantiam verbi obtinere: et sapientia nõ polle re. Unde Tul. in prologo rhetorice prime. Sapiẽtia quidem sine eloquẽ tia parum prodest. Eloquentia vero sine prudentia nuncꝫ prodest: sed plu rimum nimiumqꝫ obest. Studeant igitur oratores et fari facunde in sub sidium iuris. Nam grata elegãtia ve ritatem detegit: et ipsius ad amorem auditores allicit. Unde qui oratorum funguntur officio: vt elegantes fiant studiosissime laborare debent. Unde narrat Ualerius li. viij. ca. vij. ꝙ cum demosthenes primam litteram artis rhetorice proferre nõ posset. oris sui vitium tanto studio expugnauit: vt nullus expressius quod volebat pro ferret. suamqꝫ vocem gracilez nimis exercitatione continua ad maturum et gratum auribus sonum produxit Attendat igitur lector: vt in codez li. ca. x. Ualerius dicit: ꝙ eloquentia ornamenta in pronunciatione apta et conueniente corporis motu consistũt Nec debz orator magnas querere mo ras. quia teste Seneca in epippo: qd verba queris? veritas odit moras. nõ debet etiam in singulis propositis in sistere multum. alias enim quod prin cipaliter intendit pretermitteret. Un de varro in suis sententiis: nusqꝫ de ueniet: qui quot videt sequitur cal les nec debet orator detrabere veri tati: nutibz aut verbis. Nam sepe va rietas offenditur ex modo narrandi Teren. in phormio. nihil est tam be ne dictum quin male narrando possit deprauari. Et Tul. li. de parado. nihil est tam incredibile: quod non dicen do fit probabile. nihil tam horridum atqꝫ incultum quod non splendescat oratione Sꝫ orator attendat: ne sua eloquentia sic abutatur. debet enim plano vti sermone. quia teste Quinti liano li. j. Orator debz vti publica for ma. usitatis enim tutius vtimur no uaqꝫ verba non sine periculo fingi / mus. Rursus debet fore breuis. quia teste Tul. rhetorica prima. breuitas e

cum nullum nisi certū assumitur ver bum:quod oratori facere congruit. nec licet abuti ea re qua ceteris be/ stijs preponimur scilicet eloquentia Unde Tul.in prologo rhetorice pri/ me.cum homīes multis in rebus sint meliores bestijs:hac in re maxime vi dentur preesse bestijs ꝙ loqui pos/ sunt.quare mihi quoddam preclarus videtur adeptus qui in ea re homini bus antecellit:qua in re homines be stijs presunt. Si ergo eloquentia sit dos oratorum.erubescant si abutan tur illa:sceleratorum adherendo im pietati.quod fortassis plurimi faci/ unt. Unde plautus in aulula. da mi hi aduocati gratiam.ꝛ subdit.vende vocem vende linguam . Nec tamen quibusdam eis sufficit vt suum ven dant eloquium:sed etiam vendunt si lentium.Unde refert Helinandus li. ij.ꝙ cum demosthenes aristodiuꝫ au ctorem fabularum interrogasset q̄s tam mercedem pro suis fabulis acce pisset:respondit talentum accepi.Cui ōmostenes.plus inquit recepi:vt tace rem.Unde cum demosthenes a sena tu athenienssium in patrocinium ꝛ ad uocatum peteretur contra philippuꝫ regem macedonum:respondit se gra ui infirmitate detentum.Itaqꝫ nō so lum eloquijs:sed etiam silentijs mu nera sibi vendicant: causasqꝫ confes sas etiam protegunt. De quibꝰ Qui tilianus.c.xij.qui vero confessum de fendit:nō absolutionem scelerum pe tit:sed licentiam. Unde Ouidius li. de ponto.non est confessi causa tuen da rei:scilicet peccantis . Unde sima chus li.cp̄arum pro optimis viris si quis interuenit:nō magis illorum de bet iuuare comodum q̄ suū commen dare iudiciū.Cuius contrarium plu/ rimi faciunt non erubescendo impia rum causarum se fore defensores nū cupari.

Capitulum tertium de equitate iudicum.

Iudex equus debet cē:sic vt ad nullam partium se flectat. nulloqꝫ pacto ita misericors debet esse.aut ita indulge re:vt equitatem offendat.Nam teste Tul.ij.de offi.iudicis est semper in causis verum sequi. Et li.iij. Judex bonus neqꝫ contra rempu.neqꝫ con tra iusiurandum:seu contra fidem fa ciet.etiam si iudex fuerit de ipso ami co.sed tantum dabit amicitie: vt ami ci causam malit esse veram q̄ oppo sitam. nō tamen ꝙ falsam defendat et pro moderanda lite tempus quod leges permittunt accomodare pote rit.sed iudicet recte cuꝫ meminerit se deum testem habere. Que verba nil aliud sonant nisi ꝙ iudex amicicie sic fauere non debet:vt equitatem pre/ termittat. Nec debet prius affligere q̄ sententiare.Unde Tul.in oratio/ ne sua pridie q̄ iret in exiliuꝫ. Nemo inquit tam facinorosus inuentus ē vi ta:vt non tamen iudicum prius sen/ tentijs conuinceretur:q̄ suplicijs ad iiceretur.Itaqꝫ iudex repente penas infligere non debet: nec fauere mu/ neribus. Unde Galterus in alexan/ dreī.li.j.si lis inciderit te iudice :diri ge libraꝫ iudicij.nec flectat amor:nec

munera palpēt. Nec moueat ſtabilez perſone acceptio mētez. Muneris arguitur accepti cenſor iniquus munus enim a norma recti diſtorquet accumē Judicis: et tetram inuoluit caligine mentem. Cum ſemel intonuit vitiorum mater in aula. Peſtis auaritie que ſola incarcerat omēs: Uirtutūm ſpecies: ſpreto moderamīe iuris. Curritur ī facinus: nec leges curia curat Ligatur iuſtus. curat et iniuſtos. abſoluit curia mendax. Et idem galterꝰ libro. vij. Cēſor iniquus auertit ſurdas a cauſa pauperis aures. Etiaz fouet iniuſtam corruptus munere cauſam. Unde petronius. quid faciunt leges: vbi ſola pecuia regnat? Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt? Jam nūc iudiciuz nihil eſt niſi publica mercēs. Tutius eſt paruo ere rem perdita recuperare: ꝙ̄ ius ambigue prebere liti. Uenalis populus. venaliſ curia primum. Jpſaqz maieſtaſ auro corrupta latebit. Merito ergo ait Tul. li. j. de legibus. Joipſuz quoqz iuſtiſſimum eſt iuſticie mercedem nō querere. Animaduertāt ergo iudices: ne fauore munerum ſeducātur. ſed equitate preſideant. Nam ſicut colligitur ex codice Theodoſiano li. j. Equitas eſt rerum cōuenientia: qua cuncta coequiparat: et in paribus cauſis paria iura deſiderat. Sed quid dicemus quia teſte Quintili. li. j. de oratoria inſtitutiōe naturale eſt iudicibus vt his quos libentius audiunt facilius etiā credant. quomodo igitur iudex ſuam naturam poterit deſerere? quaz ſi nō deſerat: quomodo eque iudicabit? Attendat iudex: vt a limitibus iuris nō recedat: vt prauam cauſam nō defendat. ſi autem veritati melius proba/te facilius credat: peccatuz nō eſt: aut ſi amicoruz iuſtas cauſas ſedulius fouet: naturale eſt. Si autem omnibus paribus cauſis eque beneficia impendat: hoc ceteris melius et commendabilius eſſet. Rurſus caueat iudex iracūdiam. Unde claudia. Ne cūctoſ paucoruz crimine damnes: quī fruitur pena ferus eſt: legumqz vindex vindictam preſtare ſibi: cum viſcera felle caruerūt dis proximus ille: quē ratio non ira mouet. Nam quattuor ſunt a bono iudice vitāda. ſcilicet ira munus timor ꝛ fauor. quorum occaſione vel iudicia ſubuertuntur: vel ad tempus indebitum prętermittuntur periuria quoqz ſepius fiunt: et prędictoruz occaſione aggregantur. Unde nota iſtos verſus. Quattuor iſta timor: odium: dilectio: cenſus. Sepe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus. Contra que omnia loquēs Ouidius li. j. ſine tytulo ait. Non bene conducti vendunt periuria teſtes: nec bñ ſelecti iudicis arca patet. Nō obeſt tamen ſi iudex ſit quādoqz tardus quātum leges permittunt: vt veritas clarius innoteſcat. quia teſte eodem Ouidi. li. ij. vbi ſupra Culpa nec ex facili quāuis manifeſta probatur.

Capitulum quartum de miſericordia iudicis.

Iuſticia ſine miſericordia iuſticia non eſt: ſed crudelitatis ſpeciem gerit: vbi peccatoruz non habetur ſpes cōuer

sionis.sed diffidentia. Itaqꝫ iusticia vera terminos habet:qui misericor/ diā subintrare permittunt. Uerum sub iusticie pretextu iudices quandoqꝫ exercent suas crudelitates. nec se timent casuros aut alijs indigere posse. Unde in prouer.sapientum dici/ tur.bona presidia comparat miseri/ cordia.ab alio enim expectes: quod alteri feceris. habet in aduersis auxilia qui in secundis idest prosperis cō modat. Quintil.causa quinta.in aliena fame sui quisqꝫ miseretur. Nam q libet timere habet: ne fames sibi cō tingere possit.hominum enim est:miseros fieri posse.Se igitur hominem abnegat:qui alteri nō compatitur. Unde Sene.in hercule furente.quemcūqꝫ miserum videris: hominem scias Ioco Lassio.epla.xxxviij. procliuior semper ad misericordiam via bonis mētibus patet. Lactan.li.de vero cultu.nullius opera indigere se putat:q suam alteri denegat.qui perituro succurrere potest:et non succurit: occi/ dit. Unde Ouidius de ponto. Regia crede mihi res est succurrere lapsis Animaduertant igitur iudices vt reos misericorditer puniant.ne sint ō numero eorum de quibus Walter.in alexādre.Desperare solent alios in tē pore duro.quod multi faciunt despe rationis occasionem criminosis tribu entes.Attendant enim illud Tul.in oratione sua pro quinto ligario.nulla de virtutibus plurimis administra/ bilior: nec gratior misericordia. Ho/ mines enim ad deos nulla re propius accedunt qꝫ dando misericordiā hoī bꝫ.nihil bēt fortuna melio:qꝫ ut pos/ sis:nec natura melius:qꝫ vt velis ser uare qꝫplurimos. Itaqꝫ bona natura nemini nocere petit. Sed queres qd sit misericordia.Ad ḥ respōdit Tul. in tuscu questio.li.iij. Misericordia est egritudo cordis ex miseria alterius iniuria laborantis.Itaqꝫ ille misere/ tur qui alieno compatitur anxietati. Unde Quinti. causa quinta. voluit nos ille immortalitatis artifex deus in communem succurrere et per mu/ tuas auxiliorum vices quemqꝫ in alterum conferre. O igitur iudices clementiaꝫ vestris iudicijs astitricem facite.his indulgere acquiescatis:quorum conditio vestra est:quibus etiā similes fieri potestis. Si vos subli/ mauit fortuna:naturā queso propri/ am nō negligatis.mementote vos cupere deum propicium iudicem habere. Sed quo pacto meremini:si nulli misereminī?Attendite illud Ouidij de ponto.parcendum est animo miserabile vulnus habenti. Queres forsitasis:cur iudices aliqui indulgere cō temnunt. Miror inqꝫ:et non miror. Miror:quia legi nature obuiant:sed non miror:quia sibiipsis non indul/ gent:seqꝫ peccatis onustos non at/ tendunt:penarūqꝫ infernalium flagel la non redimunt. Unde Balte. in alexan.li.viij. non verisimile est alieno parcere cuiqꝫ:qui sibi nō parcit. Uerumtamen vbi sibi non parcunt: alij adhuc misereri tenentur. Juxta illud Sene.de moribus. Alteri semper ignoscito: tibi ipsi nunqꝫ. quia scilicet vnusquisqꝫ se puntre debet secundū ea que commisit delicta. Utinam igitur ij qui multos concussisse glorian

tur multis peperciſſe letarentur.quia teſte Sene.li.de quattuor virtutibus ſcito honeſtatum:et magnum eſſe vi dicte genus ignoſcere.Ouidius.li.de arte.dextera precipue capit indulgen tia mentes aſperitas:odium ſeuaq; bella mouet. Et tertio de triſtibus. Quãto quis maior tanto placabi/ lis ire. Et faciles motus mens gene roſa capit. Idem.iij.ſine tytulo Si ſapis:indulge domine vultuſq; ſeue ro exue:nec rigidi ima tuere viri. Ex his tamen arbitretur nullus ita mi/ fereri oportere:vt iuſtitia pretermi/ ttatur. Unde Sene.li.j.de clementia tam omnibns ignoſcere q̃ nulli cru/ delitas eſt. Modum tenere debemuſ ſed quia difficile temperamentum ẽ: ideo quicquid in partem humaniorez preponderat:magni animi proprium eſt:iniurias atq; offenſiones deſpice re viri eſt.muliebre autem litigare et morem ire ſue gerere. Ex quibz aper te apparet q̃ cum miſericordia iuſti/ cia facienda eſt.potius tamen miſerã dum:vbi iuſticia non contradicit. Nã ex prouer.ſapientum colligitur opti/ mum eſt ſemper ignoſcere tanq̃ ſi ip ſe quotidie pecces. Ses inquit mag/ ne clementie eſt indulgendo peccata potiꝰ q̃ iudicãdo corrigere. Et Ho ratius in li.ſermonum.equum eſt pec catis veniam poſcenti reddere Rur ſus et abſit regula:peccatis que pe/ nas irroget equas. Itaq; ſit indulgen dum:vt etiam corrigendum. His au/ tem precipue indulgendum eſt:quibz ade ſt ſincera veniam petendo hu/ militas.quam habere ñ debent indul gentiam obtinere qui petunt. Exem plo Ouidij.ij.de triſtibus dicentis. His preco: exemplis tua nunc fortiſ ſime Ceſar. Fiat ab ingenio mollior ira meo. Illa quidem iuſta eſt:nec me meruiſſe negabo. Sed niſi peccaſſem quid tu concedere poſſes? Materiaz venie ſors tibi noſtra dedit. Si quo tiens peccant homines ſua fulmina mittat Jupiter:exiguo tempore iner mis erit.

Capitulum quintum de virtute temperantie habenda.

Intemperantia corpus exterminat.vitia congregat hominem deſidem facit. hominum intellectum depravat. ſen ſum ebetat:et totum hominem igno minia ſtultitie deturpat. nec meretur quis ratione dotatus cenſeri: qui a/ genda moderamine libratо non tem perat. Nam teſte Tul.temperantia ẽ in animo continens moderatio cupi ditarum. Et idem Tul.rhetorica.j.tẽ perantia eſt rationis in libidinem et in alios non rectos impetus aĩmi mo derata et firma dominatio. Et idem in tuſcula.queſtio li.iiij. omnium per turbationum fons eſt intemperantia que eſt a recta ratione defectio. Am bro.autem dicit: q̃ temperantia eſt virtus que modum et ordinem eorũ que dicenda vel agenda ſunt ſeruat Hac igitur virtute eget ſapiẽs om nis.eo q̃ ſine ipſa recte viuere nõ cõ tingit. Unde Sene.ad lucillum epi/ ſtola.xxxiiij.omnia dicta et facta tua inter ſe congruant et ſibi reſpondeãt quia nõ eſt animus rectus:cuius acta

discordant. quod intemperatis con/
tingit eo q̄ immoderata opera mu/
tuo discrepant. Si enim qui sapien/
tes sunt temperantie valorem atten
derent: eius regulas nunc̄ infringe
rent. Unde. A. gelius li. j. refert So
cratem tante temperantie extitisse: ut
omnia tempora vite sue valide obti
nuit. qui Socrates dicebat mltos ho
mines propterea velle viuere vt ede
rent et biberent. sed docet eos com/
medere et bibere vt viuant. quia nec
potationes: nec commessationes: nec
copule feminarum: nec copia piscium
vitam faciunt. sed moderata sobria
q3 nutritio. multe enim ex deliciarus
epulis molestie generantur. Unde
Baufridus in poetria noua inquit. in
omnibus vna est virtus seruare mo
dum: et habitus. Modus enim ma
xime est seruandus erga tres crimi/
num insultus. scilicet erga libidinem:
cupiditatem: et iram. Lactan. teste de
vero cultu. poete tres furias esse di
xerunt: que mentes hominū exagitāt
Nam ira vltionem desiderat. cupidi/
tas opes. libido voluptates. sed deus
limites statuit: quos transcendere
non licet. in remedium ire data est iu
stitia. In remedium libidinis coniu/
gium pro sobole propaganda. In re
medium cupiditatis data sunt nobis
necessaria. Sapiens igitur modeste
viuat: per quam modestiā virtuosus
effici poterit. Tul. rheto. prima. mo/
destia est per quam pudor honestus
claram et stabilem comparat aucto/
ritatē eius quod habere instituit. Idē
Tul. j. de offi. Non nimis ornanda ē
domus. non nimis corporalis forma
sufficit enim vt fugiat inhumanā ne
gligentiam. In vestibus autem me/
diocritas optima est. Lauendum ita
q3 est: ne in ingressu tarditatib9 mol
lioribus vtamur: ne pomparum fer
culis similes videamur. ne nimiam ce
leritatem in festinatione suscipiamus
in quibus est significatio inconstan/
tie. Et subdit. sit vox loquentis dul
cis: et non contentiosa: nec languens:
neq3 canora. vidcatq3 in primis de q
bus rebus loquatur. si de seriosisse/
ueritatem adhibeat. si de iocosis le/
porem. In omnibus itaq3 modestia
seruanda est. Unde Sene. de. iiij. vir
tu. car. de continentia. Si continen/
tie studes: habita: non amene: sed sa
lubriter. nec dominum velis esse no
tum a domo: sed domum a domino.
hoc magis obserua: ne qua pauper/
tas tibi immūda sit nec parcimonia
sordida: nec simplicitas neglecta: nec
leuitas languida. Si autē res exigue
tibi sint: non sint tamen angustie nec
tua deficas: aut aliena mireris. sermo
nes vtiles magis q̄ facetos: et affa/
biles ama. rectos potius q̄ ob secun
dantes miscebis interdum serijs io/
cos. sed temperatos: ac sine detrimen
to dignitatis ac verecundie. Nam re
prehensibilis est risus: si est immodi
cus: si puerliter effusus: si mulebris
fractus. odibilem quoq3 facit homi/
nem risus si superb9: et elatus: si ma
lignus: et furtiuus: si malis . enis c
nocat9. Et subdit. sit vox sine amo
re. incessus sine tumultu. quies sine ō
sidia. et dum ab alijs luditur: tu ali/
quo sancti: honestiq3 tracta. non sis
arrogans. non audax admone liben

ter.reprehende paciẽter.dicenti esto tacitus auditor.requirenti facile re/ sponde.contendenti facile cede. Nec ille.Claudia.in maiori.non tibi quod liceat: sed quod fecisse decebit.Oc/ currat. mentemq3 domet respectus honesti.hec omnia vanitatum ama/ tores si conspicerent: ebrietatibus et castrimargijs non vacarent. sed legi bus ritis vitam suam moderarent.A puleius li.de deo Socratis.solet apꝫ prudentes viros esse in operibus ela boratis iudicatio. In rebus autem su bitaneis venia prolixior.nulla inquit res potest eadem esse festinata et ex aminata. Nec est quisq3:qui simul ha bere possit laudem diligentie:et gra tiam celeritatis. Itaq3 cum modera mine omnia sunt facienda. Nam quic quid bene fit:satis cito fit.vt dice/ bat Augustus cesar:narrante Sueto nio li.de.xij.cesaribus.Et in prouer. sapi.dicitur q9 mora omnis odio est: sed facit sapientiam. Unde Socra/ tes velox consilium sequitur peniten tia:maximeq3 consilio contraria sunt festinatio et ira.Et Uarro i suis sen ten. Imperitie signum est:exigere dif ficilimum fieri cito.Que omnia de/ signant:cum moderamine et maturi tate singula esse peragenda . Unde Gaufridus in poetria. si quis habet fundare domum:non currat ad actū impetuosa manus:intrinseca cordis li nea premeditetur opus seriemq3 sub ordine certo. Interior prescribit ho/ mo:totumq3 figurat. Que verba nil aliud sonant nisi q9 sicut artifex sa/ piens mature precogitat quid factu/ rus sit:sic in moribus moderate pro cedendum est. Ouidius in epistolis ba nimtū properas:et adhuc tua mes sis i herba est.Et tibullus.quid frau dare iuuat vitem crescentibus vuis Et modo nata mala vellere poma manu.Unde petroniꝰ.nolo quod cu pio statiz tenere:nec victoria mihi pla cet parata.quia teste claudia.Scpius incaute nocuit victoria turbe. Absit tamen vt hi temperatos se credant: in quibus vita temperantie negligen tia est.quia et si nocet festinatio ni/ mia et immoderata:minime etiam p desse creditur pigra et somnolenta operatio.sepius tamen pigri maturi creduntur:humanaq3 iudicia in hoc falluntur. Nam omnis virtus in me dio consistit:vt alibi deductum est. Ille ergo temperatus existit: qui nec festinatiõe seducitur:nec tempore seu desidia detinetur. Unde Lucanus li. j.Semper nocuit differre paratis.Et in prouerbijs sapientum.Et iam ce/ leritas in desiderio norma est.Plini us ad cornelium tacitum.est gratior multis actio breuis.Et Simachus in epistolis: In re aperta piget esse pro lixum. In arduis autem causis et re bus multum. Itaq3 vera temperan/ tia medium in agendis tenere debet Ualeriꝰ li.iiij.ca.ij. Nil tam preclarus aut tam magnificum est: quod non moderatione temperari desideret. Il la ergo potentia tuta est que viribus suis modum imponit. Unde pitha/ cus moderatione pectus suum instru ctum habuit sic: q9 poetam alterum contra se pertinacissimum cum posset affligere nõ curauit: sed tantūmodo

quid in oprimendo posset admonuit.
Unde statius in thebaidos li.x. Da spacium teneq3 morã:male cũcta ministrat impetus. Et idem li.xi. Hic miseris furor ẽ instare periclo.quod facilunt intemperati:in agendisq3 subiti.

Capitulum sextum de modestia linguc.

Lingua iniqua pacem perturbat.vicinum scandalizat.secreta reuelat. infamiam procurat.germinat lites. incendit q3 iras. Ob hoc preceteris membris temperamento maxime indiget Unde Quintili.li.de causis.nihil difficilio9 credo q̃ silentij virtutem habere.Facilit̃er enim sermone promptissimo delinquimus.sed tacendi cõstantiam ferre nõ possumus q̃ obrẽ in prouer.sapientum dicitur. Nemi nem cito accusaueris:vel laudaueris Nullum sine teste loci esse putaueris Quod tacitum esse vis nulli dixeris quia non poteris ab alio silentium exigere:si tibiipsi nõ prestas. libentius ergo audias q̃ loquaris. Nam tacere qui nescit: loqui nescit. Hec tamen dissolutio mundum occupat:ita vt iuuenes sicut senes:femine prout viri loqui audeant.nulloq3 verecũdie freno lingue trahitur habena. Eapropter Ambrosius li.de offi. Sicut in senibus grauitas:et in iuuenibus alacritas:sic in adolescentibus verecundia:velut quadam nature dote commendatur.hoc in ipso corporis motu gestu et incessu tenenda est. Nam verecundia est verba superflua reprime re vel respuere.Sed hec verecundia abcessit:qua tamen nihil gratius est ad conciliandum animos. vt inquit Quintilia.li.viij.de oratoria institutione. Heu heu quid dicam:quia sones quibus pre aliis loqui competit: ea turpia enormiaq3 proferre non audent que absq3 metu verecundi vtriusq3 sexus iuuenes quasi effrontes proferunt.Utinam pudorem gererẽt quo mediante lingua temperatur.Sene.epistola.x.ad lucil. Uerecundia in adolescente bonum est signum . Et epistola.xxvij. Nutriendus est pudor qui q̃diu in animo durauerit :aliquis bone spei locus erit.sed peccantium copiosa multitudo tollit pudorem.ut ait Tul.li.de beneficijs.Pudor inqt tollit multitudinem peccantium. Et desinunt esse probra maledicta sed indubie negare nõ possum huius temporis linguas tam maleficas fore:vt quasi non nisi turpia placeant:seriosaq3 proferentes vel odio habentur vt silere mox artantur.nullumq3 hominum genus enormibus assistere vere tur:eloquijs etiam continuis.Et vtinam audire sufficeret:et non proferre:quorum omnium occasio defectus verecundie est. que si haberetur huiusmodi nefanda vitarentur.quia teste Uale.li.iiij.ca.v. Uerecũdia parẽs est oĩs honesti consilij:tutela omniũ solennium officiorum.magistra innocentie.cara proximis.accepta alienis oĩ loco: oĩ tp̃e fauorabilem pre se ferens vultũ Simachus in suo cp̃ari. quorum mens honesta est imbecilla frons est. Sed effrontes inueniũtur

quorum memoria pretacta est quibus sitiere si mos esset: honesta conuersatio vigeret.que turpiloquio exinanita est.Merito ergo Catho dicebat. ¶Pauca in conuiuio loquere.Et idem in metro.Uirtutem primam puto cõpescere linguam.Proximus ille deo qui scit ratione tacere. Et subdit.Inter conuiuas fac sis sermone modestus.Alexander in epistola ad aristotelem:solet turrim equitatis custodire:et partius omnia que gesta sũt loqui: quia scilicet optima custodia est linguam scire refrenare. Unde Socrates.sepulto apõ te sit sermo:quẽ solus audieris.Unde olim pitagoricorum disciplina erat:discipulos tacere per quinquẽnium:et postea crudditos loqui.vt refert Hierony.super ecclesiasticum ¶Idem commemorat Guillermus de conchis i exordio sue philosophie:quam duci normanorum ascripsit.Unde Gaufri.in poetria nõ manus ad calamum preceps:non lingua sit ardens ad verbum. ¶Quorundam tamen silentia laude indigna sunt.corum scilicet qui loqui nesciunt.aut qui tacent:vbi loqui congrueret. Que enim gratia tibi: si taceas:loqui cum nescias? Nam maius non est dixisse quod nouerís:q̃ silisse quod nescieris.vt ponit Sidonius in suis epistolis li.v. Rursus nec laudandi sunt quorum taciturnitas nocet.Expedit enim casibus congruis loqui.Ouidius.ij.de arte.Qui sermone placet nocitura silentia vitet. Qui canit:arte canat.qui bibit:arte bibat.Exigua virtus prestare silentia rebus.At contra grauis est culpa tacenda loqui. Itaq; tacere quando q; loqui est. Sepe enim taciturnitas interroganti consensum innuit.Temperet ergo sic quisq; linguam: et sit mutus:vt nec tacendo nec verbizando superflua annuere vidcatur. Ouidius li.ij.sine titulo.quis minor ẽ vnquam q̃ tacuisse labor.

¶Capitulum septimum de vitando mendatio et periurio.

Mendatium linguam reddit infamem:et periurium infidelitatis crimen videtur.Ut plurimum tamen homines ut filij diaboli in vaniloquijs et mendacijs gloriantur.nec curant quid dicant:solum vt loquantur.De quibus ¶Sene.ad lucillum. epistola.lxxxvij. ¶Jamquidem etiam vbi causa sublata est:mentiuntur causa consuetudinis.Uerumtamen omne mendatium fraus est.quia teste Hugone.mendacium est falsa vocis significatio cum voluntate fallendi.Omne igitur mẽdatium proditionis speciem obtinet ¶Unde redarguendi sũt qui vtilitatis aut venditionis causa mentiri non erubescunt.Tul.j.de offi. Illiberales et sordidi sunt questus mercenariorum omnium.quorum opera:nõ quorum artes emuntur: quidum mercatur:nihil se proficere putant: nisi admodum mentiantur. Idem Tul.li.iij ¶Tollendũ ẽ ex rebus cõtrahendis oẽ mẽdaciũ.Simachus i suo epari mihi nus ẽ alienam sententiam spernere: q̃ a propria discrepare.quod faciunt mendaces:qui aliud dicunt aliud sen

tiunt: verbisq3 proprijs menti sue cõ
trahicunt. Attendant igitur menda
ces mendatium sic peccatum censeri
vt non solum vitiũ sit apud amicum
sed etiam apud inimicum. Lactan. li.
de vero cultu. vir iustus non solum
homini amico et familiari: sed inimi
co et ignoto existimabit mentiri non
esse suum. nec aliquãdo permittet vt
lingua a suo sensu discordet. Huius
autez ratio est. quia vt pretactum fuit
omne mendatium vitium est quia sci
enter committitur. alias mendatium
non est. si autem iocose mentiaris: et
si peccatum mortiferum non est: sal
tem habituz preparat mortis. Absint
ergo a quocunqz fideli mendacia. qa
princeps mendatiorum diabolus est:
cui subseruiunt eius filij mendaces.

Inter quos potiori correctõe indigẽt
qui sua mendacia iuramentis affir
mant. Nam teste Quintilia. li. xviij.
iurare nisi vbi necesse est graui viro
parum conuenit. si tamen quis ita iu
ret: hesitabit lector an iuramento as
sistere teneatur. Cui dubietati sane
respondendum apparet: iuramento
absqz necessitate minime vtendum.

Expedire si tamen iuramentum inter
ueniat: non semper congruit sibi obe
dire. vtputa illicitum si fuerit. Unde
Tul. j. de offi. Est ius bellicum fidesq3
iusiurandi et cum hoste sepe ser
uanda: sed nõ semper. quod enim ita
iuratum est: vt mens fieri oportere
conceperit: io seruandum est. quod
autem aliter: si non feceris: nullũ per
iurium est: vt si predonibus vel pi
ratis pactum pro redimendo capite
non tenueris: nulla inquit fraus est
etiam si iuraueris: quod non feceris
Nam cum pirata sit communis om
nium hostis: nec iuramentum: nec si
bi fides debet esse communis. Idem
ij. de offici. si promiseris alicui te da
turum beneficium: et postea scias eẽ
malum: aut dabis aut non. Si des
sciens peccas. si non das: etiam pec
cas. promisisti enim. Cui dubietati
respondet: q3 sapientes nunq3 peni
tent: de eo quod promiserunt. vt di
cunt stoici. hoc tamen verbum super
bum est. Non est inquit turpe muta
re consilium. Idem Philippica. xij.
Optimus est portus pereunti muta
tio consilij. Nihilominus tamen pre
missa obedientia iustície astare iura
mentis vir quilibet bonus tenetur.
Unde alexander narrante valerio iu
ramenta sua violare noluit. Unde cũ
iret ad dissipandum ciuitatem nomi
ne lapsatum: obuium habuit anaxi
menem preceptorem suum. Scicns
igitur alexander q3 pro ciuitate inter
pellaret: iuramento preuenit: dicens
se non facturum quod petijsset. tunc
anaximenes postulauit vt prelibataz
ciuitatem destrueret. quod audiens
alexander ciuitatem sue paci reliquit
Nunc autem principes sua iuramen
ta sic non seruant. nec solum frangũt
ea que ex voluntate personali fece
runt: sed etiam ea que ex iure regni
vel dominij predecessorum more fa
ciunt. Nimirum igitur si proditorum
aut infidelium seruitorum comitiuã
habent. suis enim periurijs talem pro
merentur. Dicunt enim illud Ouidij
Amplector sanctas que dãt bona se
mina fraudes. quia sez pravas socie

tates amplectantur. Sed tãdẽ fraus repellitur fraude. Juxta illud Ouidij libro. iij. de arte. Judice me fraus est concessa repellere fraudem. Armaqꝫ in armatos sumere iura sinunt. Rursus lector attendat ne mentiri presumat: etiam si vera fuerit mens ipsius quia non sistit mendatium in eo qõ cogitat: aut in eo quod significãt verba que profert: sed tunc mentiris quãdo fallere intendis auditorem. Tunc autem fallere tendis: quando id scis non fore verum: quod credis auditorem ex verbis capere tuis. Verbis autem Tul. j. de offi. non obstantibꝫ nullo pacto iuuare habes: quod tenere nolis. Sed caue quid iurabis Male eniꝫ si iuraueris: vt si iuraueris male te viuiturum: male iurasti. iuramentumqꝫ tenere non debes. iurando tamen te obligasti ad faciendum quod non debes. Justicia autem te obligat vt bene viuas et te iniusticia tua male viuiturum obligauit. Itaqꝫ contradicentibus obligationibus subiaces quarum vna irritanda est: nec obedire iure teneris. sed ex opere tuo quãtum in te est obligaris que obligatio friuola est. de iuramento tamen: et mala obligatione penitere habes.

¶ Capitulum octauum de regimine temperato totius corporis.

EX temperie corporis fit homo sanus: sapiens atqꝫ modestus: tam in sermone qꝫ in affectu. Itaqꝫ redditur homo bonus: et a dissolutione vite fit immunis. Nam teste Horatio li. ser/monum homo factus est ad vnguem quia scilicet sub terminis precisis vita eius cõstituta é. ob hoc viuat sub lege precisa: vt moribus compositus inueniatur. Nam magnum opus est mores composuisse bonos. Sepius autem vita fit immodesta temeritate superbie insurgente. Unde claudia. in maiori inquinat egregios adiuncta superbia mores. Ueteres autez non ita vixere. Nam superbie fastu delicto: commessationumqꝫ et ebrietatum õ glutione spreta: moderamine vitam duxerunt. Unde hiero. contra iouinianum: allegat stoicum narrantem: qualiter sacerdotes egiptij mundi negocijs postpositis in templo semper deum coluerunt: rerumqꝫ naturas studiosissime contemplati sunt nunqꝫ mulieribus se miscuerunt. nunqꝫ cognatos et propinquos seu liberos viderunt ex eo tempore quo diuino cultui se manciparunt carnibus et vino se semper abstinuerũt propter castitatem. et pane raro vescebantur: ne onerarent stomacum. oleum tamẽ in pulmentis nouerant: et hoc parum propter nauseam. cubile eis erat de foliis palmarum contextum. Utinaꝫ enim temporibus huius viri sapientes precipue sacerdotes vitam suam pariter moderarent: tunc perirent excessus aut saltem minuerentur: quibus humana vita maculatur. Unde ¶ Lucanus li. ij. innata creationis secta fuit tenere modum. quia ab exordio rebus singulis vite moderamen indutum est. ¶ Unde philosophi veteres humanam vitam tripartitam distinxerunt. vt refert Fulgentius

li.ij.mitologiarum.primam vitam di
xerunt contemplatiuam.et illam ap/
plicauerũt minerue:que grece immor
talis virgo dicitur.quia sapientia est
immortalis. Ipsa autem minerua dea
sapientie athenis vocabatur. In cu/
ius memoriam veteres sapientes no
ctem elegerunt. eo ꝙ sapientia in te
nebris maxime lucet:scilicet in anxie
tatibus occurrentibus. Rursus alias
vitam dixerunt actiuam. quam attri
buerũt Junoni:que quasi a iuuando
dicta est.que Juno regnis preesse di
citur.cum sceptro depingitur:et diui/
tiarum creditur mater.in cuius me/
moriam pauonem acceperut;que di/
uitijs cõparatur eo ꝙ posteriora nu/
dat vt anteriora ornet.sic diuitie ad
tempus vitam ornant: sed postrema
hominis nuda deserunt. Rursus ter
tiam vitam voluptariam dixerunt.
quam veneri ascripserunt:eo ꝙ dea
voluptatis creditur. et alio nomine
dicta enfrodis quasi spuma.fertur ci
nata ex virilibus saturni proiectis in
mari. Hanc veteres nudam depinxe
runt;eo ꝙ suos amatores denudare
solet. In cuius memoriã rosas acce/
perunt.quia sicut rosa delectat et ci
to marcescit:sic libido. Aliqui tamen
in eius memoriam columbas depin/
xerunt:cum sint in coitu feruide. Alij
vero conchaꝫ marinam eo ꝙ libidi
ni tota immixta est.hec Hieronymꝰ.

Audistis ergo triplicem vitam phi
losophos descripsisse.quarum prima
sapientum est et temperatissima. Se
cunda vero est in mundo viuentium
ip qua modestia competẽs potest ob
seruari. Tertia autem vita que volu
ptuosa dicitur.ipsa est quam mãni/
ducunt vanitatis amatores ebricta/
tem sectantes: omnemqꝫ vite regu/
lam respuentes.in qua vita fama per
ditur:diuitie consumũtur:corpus cor
rumpitur: vita breuiatur: visus mi
nuitur:senectus celeratur:sensus dis
soluuntur:studium periclitatur et fe
re innumerabilium vitiorum genera
huius vite occasione aggregantur.

Hec enim vita solum de corpore cu/
rat:et tamen curando ipsum extermi
nat. O ꝙꝫ laudabilis cura fedum nu
trire corpus:et saccum stercorum tan
ta munire custodia. Sene.epla.xiiij.
multis seruiet:qui corpori seruit:qui
pro eo nimium timet:qui ad illud om
nia refert quasi dicat.ꝙ magna serui
tus est regere corpus. Expedit ta/
men sic ipsum regere:vt vite hone/
stati non derogetur:quod intempe/
rati non faciunt. Unde idem Sene.
vbi supra subdit.sic gerere nos debe
mus:tanꝙꝫ non possimus sine corpo
re scilicet in vita presenti. Et subdit
agatur cura eius diligentissime:ita ta
men:vt cum exigeret ratio vel fides
etiam in ignem mittendum sit. Idem
epistola.xxiij.corpusculum rem neces
sariam magis credo:ꝙꝫ magnam.ni/
hil:inquit sine illo fieri potest. Itaqꝫ
nutriendum est corpus: non ad vo/
luptatem: sed ad necessitatem. eo ꝙ
corpus non est domus voluptatis a
nime:sed potius commodatum ho/
spitiũ. Idem epistola.xvij.vis aduer
sus hoc corpꝰ liber esse:tanꝙꝫ migra
turus illud inhabita. Expedit igi/
tur corpus temperate regere:ne su/
a intemperies scelera germinet.

Si eni impetus primos refrenare ñ
possis: saltem occurrenti rationi ac/
quiesca3. Sapiens est tamẽ qui pec/
catorum exordijs obstat. Sene. epla
lxxxv. facilius vitiorum initia probi
bere q̃ impetum regere. Sed dice
ret aliquis. quia si corpus domari po
test: animus tamen videtur superari
non posse. quomõ igitur quis tempe
rate viuet? Cicero. nulla inquit est tã
ta vis corporis: que frangi non pos/
sit. Animum aũt vincere: aut irracun
diam prohibere nemo potest. qui eñ
hoc fecerit: non summis viris sz deo
similimus est. Que verba innuere
videntur animum temperari nõ pos
se. Hoc tamẽ non ita credas: nec ex
verbis predictis intelliges impossibi
litatem. sed difficultatem. quia scz a/
nimi passiones difficulter reprimun
tur: ab eo signanter cuius vita disso
luta: et intemperata ẽ. omnes tamen
animi motus sedula corporis castiga
tione discretoqz consilio reprimi pos
sunt. sic saltem vt ad peccatum mor
tale non ducant.

La. nonũ de prudentia acqrẽda

Prudentia dirigit hominẽ
in cunctis agendis et qua
si virtutum dicitur oculus
quidumqz hominem reddit: quo ad
ea sine quibus nullos prosperos ter
minos vite attingere potest. hec enz
prudentia nõ solum presentia: sed eti
am preterita: et futura concernit. Un
de Terentius in adelphis. Istuc est
sape: non modo qõ ante pedes situz
ẽ videre: sed etiaz illa que futura sũt
prospicere. Unde hiero. cõtra rufinũ
narrat pithagoram dixisse duo tem/
pora maxime prospicienda esse. Intu
tuenda enim sunt illa que acturi su/
mus: et que gessimus. quia scz prudẽs
preterita debet meditari: vt eorũ exẽ
plo deliberare queat in posteruz: que
sit facturus: et quo fine opus futurũ
terminare valebit. Boetius. ij. de con
solatione non quod ante oculos fitũ
est sufficit intueri: sed rerum exitus
prudentia metitur. Quintilia. li. viij.
institu. prudentis est: vt sui operis pri
cipiũ intelligat. et cur id bonum sit:
sciat. non vtiqz perniciosum est vires
fiducia preuenirí. quia scilicet stulti/
tia est sic in viribus propijs confi/
dere: vt nõ meditetur quid possit ac
cidere. Unde gaufridus in poetria.
gressum precurrant oculi preconsule
mentem. Et vires metire tuas. si for
tis es: aude grandia. si fragilis: hume
ris impone minora: quia scilicet vnus
quisqz prudens opus debet assume/
re iuxta quantitatem viriũ q̃ suppe/
tunt ei. si tamen virtus debilis fue/
rit: spe atqz fiducia debz animari. Nã
sepe fragiles spei gratia viriles fiunt
Et ideo subdit gaufridus vbi supra.
si posse sit artum: dilates animum. si
corpus sit debile mens sit fortis z exi
guas supplere memento. scz per spẽ
grandem vires suppleri debent. hoc
enim agere magna ars atqz prudẽ/
tia est. Unde Ouidius primo de arte
Arte cite naues remis dirigũtur. In
omĩbus enim ars et prudentia pro/
dest. Sed plures prudentie stulti/
tiam preponunt. nec attendunt id no
cere posse quod sepius

dicunt. quos redarguit Ouidius pri
mo de pōto. tu mō fac timeas et que
tibi leta videntur: dum loqueris: fie
ri tristia posse puta. Nam teste Vir
gi. i. enetdos. res aimos incognita tur
bat. Prudentes igitur studeant pre
cognoscere quid sint facturi. Rursus
prudens fieri cupiens: veteres cōspi
ciat dies: et antiquorum exēpla suis o
culis preponat. prout faciendum in
struit Seneca. vij. de naturalibz que
stio. hec enim via prudentie summa
est: veterum exemplis doceri: propri
isqz periculis corrigi nō oportere. qō
minime faciunt seculi sapientes: quo
rum sapientia stultitia ē. preferūt enī
virtutibus inutiles diuitias. cum ta
men diuitie virtutibus seruire habe
ant. Unde Sene. epla. lxxxj. ad lucil
lum. Seruiant deteriora melioribus.
scilicet virtutibus fortuita que nihil
habent magnificum: nisi quia illa mi
rari consuevimus. si enim diuitie ex
se bone essent: suum perficerent pos
sessorem. sicut virtutes hominez red
dunt virtuosum. sed proculdubio di
uitie et opes sepius pravis assunt: qz
virtuosis. Unde Sene. epla. lxxxvij.
illud inquit quod contemptissimo at
qz pessimo cōtingere potest ex se bo
num non est. huiusmodi autem sunt
opes. Ignonibus enim contingit sepe
diuitijs. ob hoc enim non est preinten
dendum. Naz teste tul. li. de paradox
ea non sunt optima extimāda: q̄ nau
fragio aut incendio amitti possunt.
sed virtutes precium grande ē quod
nec eripi nec subripi potest neqz incē
dio aut naufragio amittitur. Jaceat
ergo vtilitatis species: et valeat ho
nestas. vt inquit tul. iij. de offi. Absit
ergo vt prudens animum figat in ijs
transituris: que non sunt nisi forinse
ca ornamenta: hominemqz interi⁹ nō
perficiunt. Unō apuleius li. dōco so
cratis Nō eque diuites spectare sole
mus vt equos quos mercamur. neqz
enim in equis emendis phaleras cō
sideramus: sed ipsum equum nudum
et solum vt sit ad speciem honestus:
ad cursum leuis: ad vecturam valiō⁹
sed homīm stultitia hec ē: illos pru
dentes virtuososqz putare quibus ri
det fortuna. Unde Sene. ad lucillum
quemadmodum stultus ē: qui equz
empturus non ipsum inspicit: sed stra
tum eius et frena: sic insipiens ē qui
hominez ex veste āt fortuna extimat
Et idem Seneca epla. lxxvj. loquēs
de diuitibus ait. cum presente popu
lo elati incesserunt: nemo tamen eoz
quos diuitie extollunt magnō ē. qua
si diceret q̄ sole virtutes a prudē
tibus magne existimantur. z ideo epi
stola. lxxxj. inquit. abstrahamus a re
ctitudie: diuitias: honores zc. que opi
nione nra cara sunt: tunc enim vilia
precio fient.

Capitulum decimum de prouí
dentia circa fortuita.

Vir prouidus cōsiderare ō
bet presentia preterita et
futura: et bonis prestitis
non abuti. Nam ex preteritis homo
docetur cauere futura: et regulare p
sentia. Stulti autem ista non cōside
rant. sed de presentibus solum sollici
tantur. Joco in processu temporis cō

muniter deficiunt. Vir autem pru/
dens qui rebus bene vtitur tempo/
re oportuno non indigebit. Prudens
ergo intueatur quid sibi contingere
potest: et casibus prouideat fortuitis
Tul.li.j.de offi. illud magni ingenij
est cogitatione percipere: et ante con
siderare quid euenire possit: et quid
ꝯ proprie saluti. Unde Lucanus li. iij. Ferum mortemqꝫ timere auri nescit amor. Et Virgilius. iij. Eneidos. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames. Joco Latho. Dilige denarium: sed parce dilige formam. Illi enim parce denariorũ formã diligunt qui pro sola necessitate querunt. Sed formam illi desiderant: qui denarios vendicant: non pro necessitate sed pro superflua auiditate quod faciunt diuites. Juxta illud Petronij. Hoc magis sitiens erit omnia cernẽs Qui tenet et sicco decoquit ore famẽ Et Marcialis cocus. Fortuna multis dat nimis: nulli vero satis. signanter auaris. Prosper in epigrã. Nec pax solicitis: nec modus est cupidis. Et magister scilo. Non bene dignus equo: cui carior est equus equo. quod tamẽ accidit auaris qui res vltra equuꝫ: id est iustum diligunt.

Capitulum decimumnonum de rapina et fraude.

Raptor nil licite suo rapta conquestat. quicquid enim pretextu fraudis acquiritur: male possidetur. Tul. iij. de offi. detrabere aliquid alteri: et hominem hois incõmodo: suum commoduꝫ augere: magis est cõtra naturã: ꝯ mors ꝯ paupertas: ꝯ dolor: ꝯ cetera que possunt aut corpori accidere: aut rebꝫ externis. Et philippica. ij. Male inquit parta male dilabuntur. Nempe difficile est vt quis ex rapina prospere tur. si quis enim suis diebus gaudere videatur bis que rapuit: eius tamẽ prosperitas aut non erit diuturna: aũt in successoribus non durabit. Juxta illud Sene. ad lucilium. Nulli inquit cui rapina feliciter cessit gaudiuꝫ rapti durat in posteris. Nec mirum quia nullum violentum perpetuum. Sursuꝫ apparet: atqꝫ displicibile nimis eos videre maiores raptores: quibus bonorum plenitudo maior collata est et qui possessionibus amplioribus feruntur: rapere pauperibus sollicitantur. quinimmo et raptores a raptoribus rapiunt. Unde Plautus in aulula. Sepe condita luporũ fiunt rapine vulpium. Itaqꝫ vulpes quandoqꝫ lupis rapiunt ea que lupi rapuerũt. hoc enim merito contingit: vt arte praua artifex pereat sua. deforme est tamẽ virtutis gloriam magnitudĩe prede minuere. Sed probdolor diebus istis rapere multis nõ apparet pudibũdũ quoniã magni latrones latronũ sunt iudices: eosqꝫ non castigant quorum preda affertur eis: sed solum illos: et iudicant: et rigorose sententiant: quoruꝫ rapine eis nõ suffragantur. Quot enim regibus: et principibꝫ seruiũt raptores: qui pauperum bona: nunc propria auctoritate: nunc stolida temeritate tollunt? quandoqꝫ etenim debita negant. et negare si nequeãt: ad satisfationem cogi non formidant: quia fauorem iudicum sentiunt: minas inferunt: et verbera sepe omisqꝫ extorsionis vias excogitant. et hoc fortasis: quia suos dominos paria vel maiora facere vident. Unde illud Ouidij primo methamor. accidisse videtur. viuitur ex rapto. non hospes ab hospite tutus. Et idem Ouidius li. j

sine titulo. fit cito per multas preda petita manus. Utinam qui rapiunt illud attenderēt:quod arator li.primo Auri cesset amor qui pectora semper adurit. Quo rapitur mortale genus quo pullulat omne.De radice malum cum vis violentius ardet. Ambitio crescit:stimulantq3 rapinis addita lucra famem.Cogitur raptores attendite seculi diuitias transitorias fore.

Cur ergo in perditione animarum rapitis?quid enim prodest habere quod alterius est:perpetuo obligari:aut restituere?aliias enim morte mala moritur raptor. Uerum cupiditas mundi homines fere singulos predomat. superbia quoq3 ad rapinam plures inducit: quia plurimi ex fastu assueto: statum quē nequeunt tenere cupientes:cum ex se non habeant alijs rapiunt.et malunt ex raptu pompam ostēdere q̄ in simplicitate absq3 fraude manere.Seneca ad lucillum episto.v.

Magnus est ille inquit qui fictilibus sic vtitur:quomodo argēto. Illos tamen non reprobo:in quibus honestas maior q̄ ex fictilibus apparet: si concedens facultas prestet. Et ideo subdit idem Sene.nec ille quidem minor qui sic argento sicut fictilibus vtitur infirmi animi est diuitias non posse pati. Lamentandum tamē pompas nimias adinuentas fore.quibus rapine occasio datur:eo q̄ infelicez se putat:qui statibus vitiorum non equatur.sed teste Ouidio primo de remedijs.Decipimur cultu gemmis auroq3 teguntur omnia.Et Marcialis cocus

Non nisi delicijs conuenit hic babitus. Nec enim verba de vestibus pre-

sentis seculi merito intelligi possunt in quibus non nisi vanitas et curiositas est. Pro qua curiositate imitanda raptores fuerunt plurimi vanitate seducti. Si enim regibus sufficeret honestas absq3 pompositate:tunc nō exigerent a populo questus eorum. Et ei exactiones eorum rapine sunt:q3 hoc solum petere habent quod licita iura concedunt:aut quod necessitati: cogq3 honestati congruit curiositate sublata. Commemoremus enim antiqua quedam tempora:detestanda tamen: que redijsse videntur. Narrat enī Valerī.li.ix.capi.ij.q̄ Anthiocus rex syrie seductus superbia clauos aureos in equis:vasaq3 argentea ad vsuz culine comparauit innumerabilibusq3 pompis suum apparatum figmentauit.auaro potius hosti preda optabilis:q̄ vlla ad vincendū strenuo victoria. Rursus plinius li.xxxiij.de historia naturali refert de pompeia contuge Neronis que solcas ex auro: suisq3 iumentis ferramenta fieri iubebat et quarrucas ex argento. aliaq3 plurima vana potius q̄ sana:et que absq3 rapina rarissime fiunt. Nunquid principi sufficere habet:vt honeste et g;ā diter viuat:familiares quoq3 prospe ros habeat? Nunquid dissolutio corporis esset:si caput alijs membris victum auferret. Mox enim illa membra mortificarentur:que alimento carerent.sic et in policia mos est: quādo principum rapina subditos in pace viuere non permittit Non sic et enim didimus fecit:licet bragmanorū rex esset. Nempe domorum curiositatem non requirebat .sed speluncis et

cauernis cõtentabatur. Unde ipse di
cimus ad Alexandrum.in construen
dis inquit domibꝫ igne saxa non vo
luimus.nec admixtione pulueris ce/
menta cõponimus. sed in telluris spe
luncis:montiũqꝫ latebris habitamus
nullos ibi ventorum fremitus:nullꝫ
turbinis tempestatem formidamus.
Nam tutius nos defendit ab ymbre
spelunca q̃ tegula:cuius geminus no
bis est vsus.mansionis:dum viuimus
et sepulture dum morimur. Si enim
similibus principes contenti essent:ra
pine studia non quererent.sed pom/
parum fastigium prorsus relinquerẽt
diebusqꝫ suis non permitterent. Naꝫ
diebus istis omnibus scorta placent:
et laxi crines.habꝫ innumerabilia no
mina noua vestis vt inquit petro. Ue
rumtamen dicimus vbi supra. Nul/
lus inquit nobis precios⁹ est ami/
ctus femineqꝫ nostre non ornantur
vt placeant:sed velantur pudore.nec
sciunt in augenda pulchritudine plus
affectare q̃ nate sunt. Nam quis po
test opus nature corrigere?quod cum
fuerit:aut infructuosum est: aut cri/
nosum. Sed diebus istis viri:preci/
pue femine vestimentorum nouitatẽ
excogitant.et ornatuũ pro magnitu/
dine:atqꝫ sumptuositate rapinose fi/
unt:aut enormibus delictis se expo/
nunt:et scelerum suorum ex pretextu
pompas manutenent. quicquid tamẽ
mali occasione accipiunt:et si nõ rap
tum:saltem indebite vendicatum est
Merito igitur sapientes veteres ta
les fastus prohibuerunt. Unde sima
chus in epistolis.Odi in paruo corpo
re longua velamina. Illa enim vestis

decenter induitur:que non trahit pul
uerem:nec in humum demissa calca/
tur. Unde valerius li.ix.capi.primo
Sed quid ego de feminis vlterius lo
quor:quas et imbecillitas mentis et
grauiorum operum negata affectatio
omne studium ad curiosiorem sui cul
tum hortatur conferre cum tempor
superiorum et nominis et animi excel
lentes viros in hoc prisce continentie
ignotum diuerticulum prolapsos vi
deam:idqꝫ iurgio ipsorum pateatur?
Hec autem omnia ideo presentibus i
serui:quia pomparum curiositas plu
rimos:plurimasqꝫ facit rapaces.

Capitulus.xx.de fortuna et eiꝰ
instabilitate.

Fortuna instabilis est. Jõ
stultus est qui in ea confi
dit.quia si elephas arbo/
ris fraudatur in casu:frequentius so
lent fortune amatores in ea decipi.
Unde in prouerbijs sapientum dicit
q̃ fortuna vitrea est:et cum splendet
frangitur.male igitur geritur quicqd
fortune fide confidit.Stulti ergo di
uites et auari sunt qui spem suam cõ
miserunt fortune. Nam teste Seneca
epistola.viij.ad lucillum. Non est tuus
quod fortuna fecit tuum: quasi dicat
q̃ omnia fortune munera dubia sunt
Et Tul.in rhetorica secũda. Sola in
quit virtus in sua potestate est.omia
preter eam fortune subsunt domina
tioni. Errant igitur qui in rebus pro
speris omnes impetus fortune sub/

Nota.

egisse putant. Sapientes autem sunt qui cogitant in temporibus prospe/ris casus aduersos formidare. tanq̃ dicat:omnia fortune beneficia ruino sa fore.Omnia enim fortune munera insidie sunt:inquit Seneca vbi supra O si fortuna immutabilis esset q̃ infelices miseri:et q̃ felices locupletes essent.deo enim seruire non oporte/ret.vnus namq; suo infortunio despe ratus:et alius sua ꝓsperitate fere beatus esset.Sed voluit deus vt fortu na mutationi subiaccat. vt sicut diei nox:et nocti dies succedit:ita prospere aduersa:et aduerse prospera fortune succedat. nec calamitosus diffidat et locuples inaniter glorietur. Iulius celsus libro quarto . Fortuna inquit plurimos quos beneficijs ornauit:ad duriorem casum reseruat. Unde chil debertus de exilio suo.nuper craz locuples:multisq; beatꝰ amicis.Et subdit. Heu mihi nulla fides:nulla est cõstantia rebus.Res ipse quid sint mobilitate docent.Et venit a summo sũma ruina gradu.Cũctaq; ancipiti pẽdent mortalia casu. Et spondent propria mobilitate fugam.quicquid habes hodie cras te fortasse relinquet. Aut modo dum loqueris desinet esse tuum.Has ludit fortuna vices regesq; superbos.Aut seruos humiles nõ sinit esse diu. Illa mihi quondam vultu blandita sereno:Mutauit vultus nubila facta suos . His enim verbis fortune mutabilitas perpenditur Ouidius.iij.tristium.Passibus ambiguis fortuna volubilis errat. Et manet in nullo certa tenaxq; loco. Sed modo leta manet: modo vultꝰ sumit acerbos. Et solum constans mobilitate sua est. Idem Ouidius libro ō ponto. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.Et subito casu que valuere ruunt.Ludit in humanis diuina potentia rebus. Et certaz presens non habet hora fidem.Et Gaufridꝰ in poetria noua.Nulla fides rerum reliquit ꝓ mella venenũ.et claudit nox astra diem:nebuleq; serenum.Turbida fata diem ducuntq; crepuscula noctem. O igitur auari his testimonijs vestram perpendite spem mutabilez posco ne domum vento expositaz cõstruatis.cadet enim in tempore quo fortassis recdificare non valebitis.

Hec enim domus fortuna est:que lui solet deprimi casu.Boetius primo de consolatione . Cur tantas lubrica versat fortuna vices?.Premit insontes debita sceleri noxia pena. Ac peruersi residunt celso more solio. Sanctaq; calcans iniusta vice colla nocentes. Nam impios sublimatos sepe videmus bonosq; depressos.Unde idẽ Boetius secundo de consolatione.Ostendit fortunam aduersam meliorez prospera. illa inquit scilicet prospera semper speciez felicitatis blande mentitur. hec autem scilicet aduersa semper vera est.illa fallit:hec instruit.

Nempe videmus plures pre inopia fieri sapientes. Illos autem stultos ãt ignaros experimur: quibus ignota ẽ fortune aduersitas. Ideo pluribus opportunum fuit quandoq; penuriam pati:vt fortune discatur mutabilitas:ex cuius stulta confidentia plu/

rimi seducti sunt.et qui prosperrima prius floruere fortuna:infelicissime corruerunt. Dicente Boctio.ij.de consolatione. Omnis subita rerum mutatio non sine quodam conflictu contingit animorum Et subdit.infelicissimus infortunij genus est recordari fuisse felicem. Valeri.vi.capi.ix.narrat quomodo Alchibiades duplicem habuit fortunam. quarum vna nobiltatē ei eximiam:habundantes diuitias:formam prestātissimam:fauorem ciuium propensum:summa imperia:precipuas potentie vires:et flagrantissimum ingenium assignaret. Alteraq3 damnationem exilium:venditionem bonorū inopiam:odium patrie: violentā mortem infligeret. Refert insuper de Dionysio syracusano qui cum pene totius cecilie tirānydem accepisset:opibusq3 et exercitibus sublimatus fuisset:tandem nihilominus propter inopiam puerulos corinthiorum litteras docuit. Unde idem Valeri.li.ix. capi.xij.concludit dicens.humane vite conditionem precipue primo et vltimus dies continet. medij temporis cursus:prout fortuna gubernaculum rexit:modo aspero: modo tranquillo motu peragitur.spe semper minor: dum et cupide votis extenditur:et fere sine ratione consumitur.Et Sene. li.vij.de naturali.questio. Nescit fortuna quiescere.nunc leta: nunc tristia defert. Itaq3 in prosperis nemo confidat.et in aduersis nemo deficiat.alterne sunt enim vices rerū. Ideo Salustius in catilinario. Fortūa simul cū moribus mutatur. O igitur quā magna insipientia:in fortuna tam volubili cor suum figere:et spem constituere. Erubescant igitur hi qui sapientes se estimant:et pro talibus volunt haberi. Erubescant inq3:eo q9 cū plurimos diuites experti fuerint corruisse fortunecq3 munera instabilia fore:nihilominus toto conatu pecunias ineptasq3 diuitias congregare sollicitantur quibus ita adherent:vt deum et seipsos earum occasione deserant:malunt q3 innumerabilibus periurijs fraudibus:et mendatijs suam maculare vitam:q3 suis priuari denarijs: aut facultatibus vanis. Utinam attenderēt illud Senec.in declamatio li.iij. Ludit de suis fortuna muneribus. que dedit aufert.que abstulit reddit. nec vnq3 tutius est illam experiri:q3 cum locum iniurie non habet.Et idcirco Seneca in thieste. Res deus nostras celeritatis turbine versat.Et in prouer. sapientum.Lucis est fortuna.cito repposcit quod dedit.Ouidius secundo tristium.Largitur quecunq3 licet fortuna rapit.fit gracilis subito: qui modo grossus erat.Et Catho.Labī exiguo quod partum est tempore longo Indulget fortūa malis:vt ledere possit.

Capitulum.xxi.de contēptu diuitiarum:atq3 seculi.

Quicquid in seculo est: aut est aduersum:et tunc iure spernit:aut prosperum: et tunc casu facili deperditur. Sapiens est igitur ipse a quo fortuna seculi cōtemnitur. Itaq3 vtraq3 fortuna aliquid displicibilitatis hab3. Una etei

fatigat. altera vero casum expectat
Tutior tamen est aduersa: q̄ ꝓspera
eo q̄ in ipsa vitia facilius cuitantur
Unde Quintus cur. li. v. Facilius est
aduersam q̄ prosperam regere fortu
nam. Et Seneca in hercule furente.
Fortuna peior amorez inflammat ma
gis. Et Ouidi. de ponto. Fortuna mi
serrima tuta est. Nam timoris cuent9
deterioris abest. Unde ipsemet Oui
dius infinita mala se passum fuisse re
fert. Unde. j. tristium. Tot mala sum
passus: quot in ethere sydera lucent.
Et. iiij. littora quot concas: quot ame
na rosaria flores: quotq̄ soporiferū
grana papauer habz: silua feras quot
alit: quot pisces nutrit et equor: tot p̄
mor aduersis. Et Uirgi. vi. Eneidos
Non mihi si lingue centum sint oraq̄
centum. Ferrea vox: omnes sceleruz
comprehendere formas. Comprehen
dere voces omnia penarum percur
re nomina possum. Audisti ergo viro
rum predictorum fortunaz aduersam
Illa namq̄ fortasis ipsos facit sapiē
tes. Nam et fere omnes qui sapien
tia floruerunt: aut aduersitati p̄o tem
pore succubuerunt: aut gratia diuina
speciali illustrati fuerunt. Nunquit a
fricanus tanta prosperitate floruit: ꝙ
postmodum corruit? vt ponit Tul. de
offi. et ideo concludit. In rebus inq̄t
proseris superbia fugienda est. Te
rētius in phormione. Dum inquit ho
mini maxime res assunt: tunc medi
tari oportet: quo pacto aduersus erū
nam ferat: ne aliquid in posterum sit
ei nociuum. Gaufridus in poetria no
ua. Insidias ponit semper fors aspe
ra blande. Anticipatq̄ fugam melior
fortuna repente. Ex quibus clare in
notescit q̄ falsa ē vanitas huius secu
li. Boeci. ij. de consola. q̄ multis ama
ritudinibus humane felicitatis dulce
do respersa est. que et si fruenti iocū
da videatur: eam tamen cum tenere
velit non potest. heu qualis est hec fe
licitas. Teste enim Uarrone in suis
sententijs. non est felicitas que secuz
recipit miseriam: cuiusmodi est fortu
na seculi. Unde Tul. li. de paradox. pa
radoxo. ij. cui spes omnis: et ratio et
cogitatio pēdet ex fortuna: huic nihil
potest esse certi. nihil enim explora
tum habet: permansurum sibi vnum
diem. Et subdit. Te miserie: te erūne
premunt omnes: qui te beatum qui te
florentez putas. Te tue libidines tor
quēt. tu die noctuq̄ cruciaris: cui nec
satis est quod est: et id ipsuz q̄d hēs
ne ñ diuturnū sit futuꝝ times. Te cō
scientie stimulant maleficiorum tuoꝝ
Te metus examinat iudiciorum atq̄
legum. Quia vt inquit prosper in epi
grā. Qui se peccatis gaudet feliciter
vti: infelix nimis est prosperitate sua
Si ergo diues es et peccator sis: infe
lix es. si autem peccatum recusaueris
tunc felix es: sed diues nō eris: eo sal
tem modo quo diuites solent dici cō
muniter. quibus mos est incessanter
appetere. et vltra suam necessitatem
que possident cum metu nulli cōmit
tenda custodire. Attende illud Catho
nis. Cum fueris felix que sunt aduer
sa caueto. Non eodem cursu respon
dent vltima primis. O igitur q̄sta di
uitū huius seculi stultitia est q̄ de fu
turis ñ cogitāt: q̄si dies oēs pes cēnt
hi cī poti? ceci sē q̄ illi q̄ oculis carēt

Unde Tul. in orõne de responsis aruspicum. Miserior es: cum in omnẽ fraudem oculis caperis q̃ si oio oculos nõ habueris. Nempe illi fraudãt et fraudantur: et qui male conquestant vt diuites fiant: et qui suis diuitijs in quibus sperant ex toto priuãtur. Consideremus igitur diuites seculi quo abierunt. In terram enim redacti sunt: eorũ decessit memoria. nec suis potuerũt diuitijs redimere vitã Contẽptibilis est igitur hec facultas que maiori necessitati succurrere nequit. Reuera diuitie potius nocent: q̃ prosunt: sed hoc non perpendunt: qui secalum amant. Unde narrat Valeri. li. viij. capi. vij. q̃ cum anaxagoras post longuam peregrinationẽ studij ad patriam suam redijsset: possessiones suas desertas cum vidisset: dixit. ego saluus inquit non essem: nisi iste pijssent. Et Cretes philosphus natiõe thebanus: suas diuitias in mare proiecit dicens: abite pessime diuitie. ego vos mergam: ne ego mergar a vobis. Rursus bias philosoph9 cũ omnia bona sua incendio perdidisset cuidam interroganti an doleret: quia omnia perdidisset. Omnia inquit bona mea mecum porto. pectore enim illa gestabat non humeris. Unde didimus ad Alexandrũ. Nos inqt non sumus incole huius mũdi: sed aduene. Juxta illud apostoli. non habemus hic ciuitatem manentem. Sapiens est igitur qui seculum contemnit et ea que in eo sũt. Uarro in suis sententijs. Nunc in sagetibus: nũc in herbis: et frumentis bona sunt: sed nolite ibi spem nimiam ponere. Nam sepe audiui: inter os et offam multa interuenire posse. Seneca episto. xv. ad lucilluz. Discedunt aliquando ista bona insidiosa: in quibus si aliquid solidi esset: aliquando iplerent. sed siti concitant Et episto. xvij. Nemo tam timidus est: quin malit semper pendere: q̃ semel cadere. Illos autem pendere dicit: quibus vanitas seculi non placet: sed in ea viuunt ad tempus. Illi vero cadunt: qui a felicitate mundi in qua sperabant decidunt Et ideo episto. lxij. Cõtemnere inquit aliquis omnia potest. sed habere omnia nemo potest. Itaq; breuissima quedam via est ad diuitias contemptus diuitiarum. Et episto. lxxxiiij. Relinque diuitias relique voluptates. qa molliunt et eneruant. Unde empedocles tria dicit esse precipua. scilicet mobilis affluentie contemptus. future felicitatis appetitus. et mentis illustratõ quorum primo nil honestius. secundo nil felici9. tertio nil ad amboz adeptionem efficatius. hoc enim empedoclem dixisse refert Aristo. libro de vegetabilibz. Magne igitur est honestatis seculum contemnere. Nam honestatis est de vilibus curam nõ habere. Omia aũt bona mundi vilia sunt et caduca. Unde Tul. in oratione p̃ domo sua. caduca sunt inquit et mobilia temporuz munera Et idez Tul. in oratõe prius q̃ iret in exilium. presentes inquit fructus negligamus: et posteriori glorie seruiamus. Utinam de his essemus de quibus prosper in li. epigrã. Est et i hac vita requies mortis data felix. quoz aios mundus nõ tenet occiduus. quos desiderijs nullis

peritura fatigant ex quibus omne bo
num est christus et omnis bonor.

Et subdit qui rerum nil cupiunt per
dere nil metuunt.tanq̃ dicat:q̃ bi fe
lices sunt in mundo:qui non sperant
aut qui mundo mortui sunt.Unō ma
gister seil.Si mūdo morieris morien
do non morieris.mundus clamat a/
ue:sed aue conuertit in ha ve. Eius
cerne vices o flos modo:fex modo di
ces.Si mundum sequeris post cē fu
isse quereris. Hic status absq3 statu.
locus hīc locat in cruciatu. Hec tria
verba fidem non dent tibi.post mo/
do pridem.post pendet.cecidit pridez
modo non tibi fidit. Unde versifica
tor.Spnere mundū:spernere nullum
spnere sese. Spernere se sperni:q̃ttu
or hec bona sunt.Sed fortasis mun/
dum spernere mundana blandities
non permittit:sed allicit:et inficit mī
randaq3 mendaciter promittit.et ita
seducit vt beati se credant qui fortu
ta possident.Unde tamen narrat Va
lerius li.vij.capi.ij.Anaxagoras cui/
dam interroganti quisnam esset bea
tus.nemo inquit ex his quos tu feli/
ces existimas beatus est. sed cum in
illo numero reperies:qui a te ex mise
ris constare creditur. Non erit ille di
uitijs:et honoribus abundans:sed āt
exigui ruris aut non ambitiose do/
ctrine fidelis: ac petinax cultor in se
cessu q̃ in fronte beatior. Non enim
diuitie quēq̃ faciunt beatum.potius
enim spiritu pauperes beati sunt. Di
cente Seneca epistola.iij.ad lucillum
Ille beatissimus est:et secur9 sui pos
sessor:qui crastinum sine sollicitudīe
expectat. Hoc tamen de beatitudine
aut felicitate proprie accepta intelligi
non debet. Nullus enim in vita pre/
senti proprie beatus est:aut felix. Nā
teste prospero in epigrā. Felices non
faciunt opes:aut beatos. Nam mun
di ex opibus:breuis ac peritura vo/
luptas:edita perpetue semina mortis
habet.Latho.Felices obeunt:quorū
sine crimine vita est. Itaq3 beatitudo
nō ī diuitijs cōsistit:nec vita:sed post
bonam vitam plane habetur.Ouidi.
iij.methamor. Ultima semper expe/
ctanda dies homini est dicitq3 beatus
ante obitum nemo supremaq3 funera
debet.quia scilicet post mortem bea/
ti boni erunt.Sapiens igitur mundū
contemnat: vt post mortem domino
viuat.

Capitulum.xxij.de contemptu diuitiarum.

Diuitie nullius certitudinis
sunt: maloriq3 necessitati
succurrere nequeunt.Un
de Uarro in suis senten. Eodem ani
mo dimittende sunt diuitie:quo acci
piende.Et Lactan.li.de falsa sapien/
tia.Laudatur Democrit9 eo q̃ agros
suos reliquerit:eosq3 psacua publica
passus sit fieri. Latho Despice diui/
tias si vis animo esse beatus.Quas q̃
suscipiunt mendicant semper auari.
Et Terculianus in appologetico:cō
temptorem diuitiarum diogenē com
mendat.vt superius audisti. Nempe
diuitie nō competunt homini ut p̃
prium bonum: sed vt valde forinse/
cum.quia teste Sene.ad lucillum.nō
est tuum quod fortuna fecit tuum.

Varro in sen. Nemo suū putet quod extra ipsum est. Et in prouer. sapientū dicitur. nihil proprīū dicas quod mutari potest. sed diuites huius seculi q̄ habent: ꝓpria dicunt. nec attendunt quibus meleficijs diuitiarum occasione subiacent. Prosper in epigrā. terrenis opibus cum diues gaudet inique: uis: veris se miseruz nescit egere bonis. Et sequitur. at bona iustoruz nullis obnoxia dānis: hostes: furta: ignes et mare non metuūt. omnis virtutuz semper substantia salua est. tanq̄ dicat q̄ sapiens non diuitias mutabiles sed virtutes acquirere debz. quia non pecunijs: sed virtutibus perficitur vita. Salterus alexandrei. j. auferre pecunia mores: non afferre solet.

Quem vero morum non rerum copia ditat: Quem virtus extollit habet quod preferat auro. Non eget exterius qui moribus intus abundat. Nobilitas sola est aīmū que moribus ornat. Oratius in episto. Impat aut seruit collecta pecunia cuiq̄. stultitia pascuntur opes. veruz si stulti diuites fuerint: sapientes reputantur. sed proculdubio stulti arbitrandi sunt. q̄ nil insipientius q̄ suam felicitatem labili fortune prebere. Inquiramus tamen cur homīes ita diuitijs intendūt earūq̄ occasione cur se felices putāt Ideo hoc fortasis est. quia teste Horatio in episto. l. j. epi. vj. scilicet vxorem cum dote: fidemq̄ et amicos: et genus: et formam regiam pecunia donat. Et Petronius. Quisquis habet nūmos secura nauigat aura. Fortunamq̄ suo temperat arbitrio. Carmina cōponit. declamat. increpat omnes. Iuuena. li. j. Quantum quisq̄ sua nūmoruz seruat in arca: tantum habz fidei. quia scilicet tantum sibi subseruiunt boies et credunt: quātū pecuīe habet. His itaq̄ verbis et consimilibus diuites huius seculi suaz fortunā autorisant: et felicitatem similibus ex causis ea constituunt. sed proculdubio modica sunt illa que prebent diuitie bona. Nam diues secure non nauigat: aut itinerat. quia q̄to quis ditior: tanto timidior. si gaudet carmīe in luctum conuertetur carmen eius. si imperat: tandem obediet morti si increpat: tandem etiam increpabitur iudice deo. Attendamus igitur nō fortune ꝓspere cōmoda: q̄ labilia sūt sed incommoda mentibus nostris renouemus. Nam vt ait Plautus in aulula. pecunia rerum atq̄ sollicitudinū causa et caput est. Et A. gel. noctium actica. sapientes inquit dixerunt cum multis indigere: qui multa habet. magnam indigentiaz nasci nō ex magna inopia. sed ex magna copia. Seneca xiiij. ad lucillum. Terrena inquit bona libertatem nobis extorquent. nostri enim essemus si ista nostra non essent. Ioco Seneca libro de moribus

Facilius est pauperi contemptuz effugere: q̄ diuiti inuidiā. Hec igitur posco damna commemoremus: et preletis cōmodis comparemus. Nunqd audimus q̄ diuitie prebent sollicitudinem. causant indigentiam inuidiam gignunt. libertatem tollunt. Nunqd hec incōmoda grauia sunt? Nam teste Socrate. Damnum non nisi ex habundantia raro venit. Et Sidonius. Diuitias dicit esse causam malorum.

cur igitur in eis sperem9:ex quo tot incõmoda ferũt.nullaq3 stabilitate si stunt. Unde Uale.li.vi.nullo in lo/co:nulla in persona diuitie radicibus stabilibus consistunt. sed fiatu incertissimo fo:tunc:huc et illuc deuoluũtur. Marcialis cocus.callidus afflatã nũmis fur auferet arcam. Prosternit patrios impia flamma lares. Debito: vsuram pariter cum sorte negabit.

Non reddet sterilis semina iacta fruges. Dispensato:em falax spoliabit amicus. quia scilicet diuites talibus pe culis subiacent. eo:umq3 diuitias nũc fur tollit:nunc ignis comburit:nunc vsura rapit:nunc terra non germinat fructum:nunc familiares fraudant:et fraudantur. Ecce q3 incerte sunt diuitie quamob:em sapientes sunt a quibus spernuntur. Sed dicunt aliqui q9 paupertas est eis grauis:fortassis enĩ loco grauis:non quia in se grauitatẽ habeat: sed q: cupiditas animi cã mo leste supporta:. Nil tamen letius aut tutius ẽ vera paupertate. Unde scõs phũs quid est paupertas. odibile bonum sanitatis mater. curarum remotio. sapientie reparatrix. negotium sine damno. possessio absq3 calumnia. sine solicitudine felicitas. Sene. ad lucil.xvij. multis ad philosophandum obsistere diuitie. paupertas autez expedita:et secura est. nõ circũstat illaz turba seruo:um ad quos pascendos transmarinarũ regionu3 est optanda fertilitas. Et subdit. Si vis vacare animo:oporte: vt pauper sis:aut pauperi similis. Quintili. causa. vij. Paupertatis ꝓpriũ est exercere libertatẽ Lucan9 li.v. Dat vires fo:tuna mio:

o vite tute facultas:et fortuãtus pauper in augusto regnat habendo deu3 Uerumtamen teste Lucano li.j. Fecũda virorum paupertas fugitur. Sed hoc immerito. quia vt inquit Juuenalis li.j. Felices humiles pauper quos spiritus ambit. Illos nam celi regnũ sublime receptat. Unde legimus q9 a risto. paupertatem grauem non habebat: sed pauperibus non posse succurrere dolebat. Sed nunquid in deri/sum pauperes habentur? grauis ẽ ergo paupertas. Reuera deridori ratione tollerari potest. qa ex natura pauperes oms sumus. ut si fo:tuna quoddam sublimauerit:in derisum sublimitas vertetur co:s Juuenalis li.j. Nil habet infelix paupertas durius in se:q3 q9 ridiculos homies facit. cõmune hoc vitium est: iã viuimus ambitiosa paupertate omnes. quia scilicet omnes ex natura pauperes sumus et fortuna vertetur in ruinam. et qui in diuitijs gloriati sunt:aliquãdo dicẽt illud iere.j. peccauimus vanitate seducti sumus. Utinam igitur attenderet vnusq3q3 illõ sapiẽtis eccl'.v. dicentis. Noli attendere ad possessiões iniquas quia non proderunt in tempo:e vindicte:et tribulationis. Unde Aug.v. de ci.ca.xxiiij Imperato:es felices non dicimus:vel quia diutius imperauerũt:vel quia imperato:es filios suos reliquerunt: aut quia hostes domuerunt:aut quia diuitias obtinuerunt. Hec enim omnia huius vite munera sũt. qbus similia etiã cultores õmonũ accipe meruerũt:q̃ ñ ptinẽt ad dei regnũ. Quib3 vbis appet bõa tpalia boie3 nõ facere felicem. Joco

Augu. ibidem subdit. imperatores n quid felices dicimus: si iusta imperát si per obsequia humiliter salutantiuz non extolluntur. sed se homines esse meminerit. si suã potestatẽ ad dei cul tum dilatandum applicant. si plus a/ment futuri regni habere consortes: q̃ vaĩtatis huiꝰ cohortes. Itaqz om nia huius mundi munera vana sunt Unde Aristo. ad alexandrum epi. q̃ ō O Alexander noli appetere transito riuz: et quod oportet cito te relinque re. sed pete diuitias incorruptibiles. Unde hermogenes fertur dixisse ꝙ plenitudo pfectionis in principe: est abstinẽtia a pecunijs. Unde mathei. v Multos perdidit aurum: et argentũ Et ecclesiastici. viij. Qui aurum dili/git: non iustificabitur.

Capitulum vicesimumtertium de negligentia.

Ujr piger indignus est bo nis. et qui sollicitudinem non habet: nullo meretur beneficio dotari Ad hoc enim natus est homo: vt laboret corpore ꝙ victu et mente pro virtutibus adipiscen/dis: sed pigricia multos desides facit eo ꝙ plurimi laborare formidant. Nã teste Tulio in tusc. questio. li. iiij. Pi gritia est metus consequentis laboris quidam autem sunt ita molles ꝙ nõ nisi pigrescere querunt. Nam teste A risto. quarto ethicoꝝ mollicies est fu gere laboriosa. Sed quid est ꝙ qui/daz vanitatis sollicíti sunt: et pro bo no pigrescunt. hos enĩz excitat persiꝰ satyricus satyra. v. Mane piger ster tis: surge inquit auaritia. eya surge: ne gas: instat: surge inquit. nõ queo. sur ge. En quid agam? rogitas? ensa par/dam aduehe ponto castoreum: stupas bebenũ: tus: lubrica choa. Tolle re/cens primus piper. et siciente came/lo verte aliqd. iura. quasi diceret. sur ge piger surge: quia instat surgendi ratio. Uñ Saufridus in poetria. quid facimus torpemꝰ imagine pigri. Scis ne morã pigri? si mane vocetur obau dit. si citetur adhuc iterata voce: so/nora nare vigil stertit. tandem clamo re coactus: ore tamen lento linguam mouet. et mihi quid vis inquit? surge veni. nox est: permitte quiescam. im/mo dies est surge. deus meus. en ego surgo. vade: sequar. nec cum se quitur quem negligit. et tu non veni es? duomm veniss̃z: sed mihi vestes quero: nec inuenio. Nihil est: te byrria noui Surge cito. domine en sum p̃ sto. nec tamen. immo vel caput huc il lud vertit: vel brachia scalpit. vel mẽ bra in longum distendit. sic sibi quas/dam vñlibet morulas querit, semper venit ore: non pede. sic veniens nũq̃ venit ille coactus forte mouens gres sum: trahit a testitudine motum. bu/ius imago sumus: ad gaudia vera vo cati. delitijs varijs capti: vel pectoris aurem obstruimus: vel si patet auris ad illa ventre: differimus semper. vel si fortasse venimus: nolentes tracti: motu testitudinis imus et cetera. Ita qz vanis excusationibus pigri suum torpozem defendere nituntur. Que/so enim attendas quo tramite bono res: virtutes: scientie: diuitie: solent a dipisci. Dis etenĩ demptis quos deꝰ

ſpeciali gratia illuſtrat:omnes ſua ſol
licitudine:et diligentia talia ſibi con/
queſtarũt. Nam teſte Tul.in tuſcu.q̃
ſtio.li.iiij.Tardis mentibus non faci
le virtus cõmittitur.Virgilio in buc
colicis.Tarde venere ſubulci.omnis
enim tardus brauio carebit. Latho.
Plus vigila ſemper.ne ſomno dedi/
tus eſto. Nam diuturna quies vitijs
alimenta miniſtrat.Ouidius.ij.fine ti
tulo.Infelix tota quicũq; quieſcere
nocte:ſuſtines et ſomnos premia ma
gna vocas.Stulte quid eſt ſomnus.
gelide niſi mortis imago.longa quieſ
cendi tempora fata dabunt.Vñ phi/
loſophus ſecõs.Quid eſt ſomnus:ni
ſi mortis imago:laborum quies:infir
mantium votum: miſerorum deſide
rium.quia miſeri pigreſcere ſemper
optant.ſed vir prudens ſic debet eſſe
deditus ſomno:vt vigilie intendat.
Unde arator. Corpore ſomnus erat
huic:ſed vigilabat in illo. Qui neſcit
dormire.fides hec cantica clamant.q;
ſcilicet viri fideles pro ſuis amicis vi
gilant ſemper. Quamobrem pigros
redarguit Ouidius li.preallegato. O
male preſto quies:o ſemp dedita ſom
no: pectora nuda bono quantis pa/
tes ipſe ruinis. quem nox ſola tenet
neſcit vigilare periculo. Nec tamẽ re
prehendenda eſt debita quies nature
quia teſte Oratio in poetria. Et quã
doq; bonus dormitat omerus. Itaq;
pigritia mala ſed ſomnus moderat9
bonus eſt. Nempe ſe pigri ſuaq; ne/
gligunt.et velut bruta in fecibus ſuo
rum delictoꝝ deuoluũtur.et ocioſita
te deſides fiunt:omneq; licitum exer
citium fugiũt. Uerũtamen fomentuꝫ
vitioꝝ ociuꝫ eſt.Sene.ad lucil.lxviij.
Gloriari ocio moris eſt.Ouidius prio
de remedijs.Ocia ſi tollas periere cu
pidinis artes. Contempteq; iacent et
ſine luce faces.Quã platan⁹ riuo gau
det:q̃ populus vnda:et q̃ limoſa cã
na paluſtris humo: tam venus ocia a
mat.Que verba hoc ſonant:q; ociuꝫ
eſt fomentum libidinis et vitiorum.
Quintili.cauſa.xiij. Ad omne votum
fluẽte fortuna laſciuit ocium:Et cau.
iiij. neceſſe eſt vt infacinus ardor oci
oſus erumpat. quia ſcilicet homo oci
oſus de facili in malum prorumpit.
Et ideo prouerbium grecorum olim
fuit iſtud. quã quiſq; norit artem in
hac ſe exerceat.vt refert Tulio in tuſ
culanis queſtio.primo.Unde didimuſ
ad Alexandrum.Auaritiam non exer
cemus.ocium turpe deuitamus. Nec
tamen omnis requies ocium vocatur
ſaltem reprehenſibile.Anima enim ſe
pendo fit prudens.teſte Ariſto. Uiri
quoq; ſtudioſi apud vulgus ocioſi di
cũtur:quia manibus nõ laborãt.nõ ta
men pigreſcunt:quia mente contem/
plantur Horum autez ocium ſi ita vo
cari debeat laudabile eſt. Tulius in
tuſculaniſ queſtio.libro quinto.Quid
eſt dulcius ocio litterato.Ocium au/
tem litteratum ſtudium eſt:ſed agri/
cole aliiq; opifices qui litteras neſci
unt: corpore niſi laborent:in vitia fa
ciliter cadunt.Seneca ad lucil.lxxxiij.
Ocium ſine litteris mors eſt:et homi
nis viui ſepultura.

Capitulum viceſimumquartum
de caſtitate et pudicicia.

CAstitas hominem facit angelicum in mente: viuatiorem in apparatu: pulchriorem in vita: diuturniorem in fama ⁊ gestu honestiorem. Et castitatem non obseruanti difficile est alicui studio: aut virtuti intendere. Nam libido totam mentem occupat: totum corpus extenuat: et tandem vires singulas ꝺ stituit. Joco dicimus ad alexandrum Nos bragmani membra libidini non damus. Nec reprobandi sunt: qui copulati coniugio propter bonum prolis et non propter libidinem conueniunt. quia teste sexto pithagorico ī suis senten. Adulter est in suam vxorem amator ardentior. quia scilicet speciē adulterij sapere videtur: qui sua vxore ex ardore nimio abutitur. hic tamē adulterium large acceptum est. Caueant tamen coniugati: ne pretextu coniugij libidine feruere presument. Nā veteres omnem libidinem feruenter respuerunt vxoresq3 ad lubricitatem incitantes aspreueruut. Vale. li. vj. capitulo. iiij. Narrat ꝙ sulpicius gallus vxorem suam dimisit: eo ꝙ ipsam capite aperto foris versatam cognouerat. lex inquit tibi mos prefiniuit oculos quibus formam tuam approbes. His decoris instrumenta cōpara: his esto preciosa. horumq3 certiori crede notitie. vlterior tui conspectus superuacua irritatione accersitus: in suspitione et crimine hereat necesse ē Jꝺo tibullus. Casta precor coniunx maneas: sanctiq3 pudoris. nec sis casta quesso metu sed mente fideli. Sed lamentandum est pudicitiam iam fere ex toto perijsse. et femine in quibus pudor existere habet: vt plurimum viros ꝓuocant: coniugij fidem deserunt: virgineq3 suum querunt violatorem: et vidue amasium. veteres quoq3 a lubricitate vt sepius non cessant. Tales etenim vt frequenter temporis huiꝰ sunt mulieres. et si factis talia non exerceant: mente verumtamē vt frequē tius corrupte inueniūtur. et metu potius q̄ᵱ proprio motu continent. Unꝺ Ouidius. iij. sine titulo. Si qua metu dempto casta est: ea deniq3 casta est. que qꝛ non licet nō facit: illa facit. et q̄ᵱuis serues bene corpus: adultera mens est: nec custodiri ni velit illa potest nec mentem seruare potes: licet omnia claudas. omnibus exclusis intus adulter eris. quasi dicat ꝙ mulier continens metu: casta non est. Sed nunquid turpe est scandalosū: si carnis luxus rationi supereminеat? Quis enim vellet ancille fedissime ancillari cuiusmodi caro luxuriosa ē? Ob hoc enim olim sapientes: loca solitaria: et deserta elegerunt ne impetibus libidinis fatigarentur. Unde refert Hieronymus contra Jouinianum ꝙ cum plato esset diues: elegit sibi vnam villam achademie procul ab vrbe vt libidinem cuitaret. Terculia refert ꝙ democritus oculos sibi erut: eo ꝙ mulieres sine concupiscentia aspicere nō valebat. O q̄ᵱ periculosus est feminarum intuitus. Nam teste Hieron. Ubi supra inutile est crebro videre q̄ que aliquando captus es. et eorum te experimento committe: qui hoc perpenderunt. Nam pithagorici: solitudinem et deserta ob hoc inhabitare elegerunt. A. Hel. libro noctium

acticarū refert: ꝙ demetrius sibi oculos eruit ne a bonorum studio impe/diretur. Juxta illuo euangelij. si oculus tuus scandalisat te: erue eum: et proijce a te. Heu attendamꝰ qualiter oculis plures offendantur. Nam teste Quintil. causa prima hominis libertas est oculos perdidisse. oculi sūt per quos paupertatem ferre non possumus. oculi tota nostra luxuria. hi nos in omnia quotidiana vitia precipitant. Sene. libro de remedijs infortuitorum. Intelligendum est partem esse innocentie cecitatem. oculi enim sunt irritamenta vitiorum: duces scelerum. O vtinam oculos vanitati sic non exiberemus. quia impudicus oculus impudici cordis est nūcius. Joco Ouidius secundo tristiuꝫ. Heu mihi cur vidi: cur noxia lumina flexi. peccatumqꝫ oculos est habuisse meum. Nam plurimi non peccarent: si peccādi occasionem non viderent. et marime libidinem incitat oculus. Ob hoc debꝫ modeste regi: in vanis non fixari. Nam sicut piscis capitur hamo: sic oculo capitur vir lubricꝰ. Nec solum tamen cauere quis habet ut vana nō intueatur. sed etiam qui pulchritudinem habet libidinis incitatiuam: cauere tenetur: ne quis occasione eius peccet. Narrat Valerius li. iiij. ꝙ quidam adolescens spueruma nomine: cum pulcherrimus esset femineqꝫ illius sollicitarēt oculos: ne peccandi alterī occasio esset: pulchritudinem suā fedauit: et oris decorem vulneribus abstulit. maluit enim turpis fore: qꝫ aliene libidinis irritamentum. Rursus Augustinus primo de ciui. dei. refert ꝙ cum Marcus marcellus vrbem ornatissimam syracusanorū cepisset: suis commilitonibus precepit: vt castitatē seruarent. edictum fecit ne quis corpꝰ liberum violaret. His igitur exemplis patet viros illustres pudicos fuisse: alienumqꝫ thorum violare cum potuissent noluisse. Unde Boetius. iij. de consolatione. approbat sententiaꝫ Euripidis qui dixit. carentem libidine esse felicem. Valeri. li. iiij. capitu. iij. Refert ꝙ cum Scipio esset. xxiiij. annoꝝ in hyspania cartagine oppressa: maioris cartaginis capiende sumpsisset auspicia: multosqꝫ obsides quos in ea vrbe peni clausos habuerant in suaꝫ potestatē redegisset: eximie inter eos forme virginem: etatis adulte et iuuenis: et celebs: et victor postq̄ comperit illustri loco inter celtiberos nataꝫ nobilissimoqꝫ gentis eius indibili desponsatam: accersitis parentibus: et sponso inuiolatam tradidit. aurum quoqꝫ quod pro redemptione puelle allatum erat summe dotis adiecit. qua continentia ac munificētia indibilis obligatus: celtiberorum animos romanis applicādo: meritis eius debitam gratiam detulit. Quot sunt similia facientes? Timeo ꝙ pauci. Potius enim vnde lugendū est viri delicti nobiles lasciuie studēt: veneri subseruiunt: puellas: virgines desponsare iugiter querunt. et tūc credunt magnam militiam exercuisse: quando iuuenculam ignominie tradiderunt. O quale duellum. o qualis triumphus puellam fragilem: et innocentem vicere: et vitam contaminare: suisqꝫ sepius garciferis prostituendam exhi/

bere. Hi enim satellites lenonesq3 suos habent:quos nutriunt:et stipendiant vt virgines filias pauperum rapiant eorumq3 nutui subdicant. Ecce quales scutiferi. tales enim sunt: quales domini quibus subseruiunt. omnes enim venerem colunt. Rursus claustra monachar um et religiosaru3 violant:coniugia discriminant:suaq3 fedissima luxuria omnes si possent coinquinare feminas vellent. Si castra vel vrbes ceperint:hoc primum é qđ cogitant: vt libidini vacent. Horũ si quidem vita non nobilis: sed ignobilis est:vilissima quoq3. Ouidius libro epistolarũ. nulla repabl'is arte lesa pudicitia est. Hi tamen satiffecisse credunt: si virginem corruptam suis donis munificent. facultatibus si quidẽ tribuere possunt:sed virginitatis decorem prebere nunq̃. Fortasis aũt voluptatum occasiones mulieres producunt. in quibus alia sollicitudo nõ est ornatus namq3 excogitant: vt se pulchriores ostendãt impudicissimisq3 nutibz viros inficiunt: suisq3 crinibus:risibus et vestibus viros ad libidinem concitare meditantur. Vtinam lucrecie exemplum acciperent.

De qua refert Ualerius libro. vj. ca. primo. Dux inquit romane pudicitie lucrecia cuius virilis animus maligno errore fortune:muliebre corp9 sortitus est a Tarquino regis superbi filio per vim stuprata:cum suam iniuriaz grauissimis verbis inconsilio necessariorum deploraffet: ferro quod clam secuz attulerat se interemit. Nõ tamen approbanda. cum nullus mortem sibi inferre debeat. sua autem castitate laudez promeruit. quia nõ spõte sed vi succubuit. Unde prosper in epigrã. Mens illesa nihil violato in corpore perdit. inuitam carnem vulnera non maculãt. nec crimẽ facti recipit. non mixta voluntas. velle magis facinus: q̃ tollerare nocet. Que verba nil aliud sonant:nisi q9 ille peccant femine que sua volũtate libidini consentiunt. violate vero culpam nõ habent. Sed restat questio grandis que sit violata mulier. Plures enim se violatas dicunt: que modicis verbis obedierunt. Uerũ mulier fragilis est et facili occasione seducitur vt plurimum. Uerũtamen violari ñ creditur nisi q̃tum in ea est etiam vsq3 ad atrocissima vba restitisse vsq3 ad mortem reperiatur. aut nisi obprobrij maioris pre timore ignomiam suam permisisse contestetur. quod fecisse lucretiam legimus. Plus enim stupruz q̃ mortem timuit nec violatorem formidauit dicentem ei:te interficiam. sed tunc tremor irruit in eam:cum subiũxit:vnum enim ex garciferis tuis te interfecta iuxta te interfectum in lectulo ponam et dicam pre dolore tui stupri hanc necem me peregisse. Quibus auditis nimirum si femina fragilis pauit. obprobrium enim plus morte timuit. quia postmodum restituto honore mortẽ vita preelegit. Huius autem valitudinis nescio si femine reperientur hoc tempore. scio tamen impudicissimum genus earũ vniuersas fere plateas occupare. et que impudice sunt alias pudicas sibi similari pertractant:vt multitudine et cõformitate: erubescentiam sue libidis

effugiant.et tractare si nequeāt:saltē verbis eas scandalisant et similes eis omnes alias predicant que nō similā tur eis.De quibꝫ narrat Ualerius li. ꝑallegato ca.j.Refert eni ꝙ cōiuges teutonicoꝝ orauerunt mariū victorez vt ab eo virginibus vestalibus dona mitterentur.ꝓmittebant et affirma/ bant illas virilis concubitus futuras expertes.quia scilicet se iactabāt ꝙ il las peruerterēt.seo qō petebant non obtinuerūt.et ideo ipsa nocte se laqīs suspenderūt.Huius aūt maleficij plu rime sunt.q̄ non cessant puellas adve nerem concitare: libidinem suadere et criminis pondus falsis peroratori bus alleuiare.tales maculant politias et earum sub vmbra inumerabilia cri mina fiunt.eoqꝫ quia in eis sexus sus pitione caret:ideo talibus tractatibꝫ indubie et probdolor impune se ex/ ponunt. Quedaz monialis virgo fuit cuius dulci aspectu cor regis captum est ita vt rex ipse vi:et violentia eaz rapere conclusisset.quod vbi prefata virgo resciuit:oculos ꝓprios ipsa eru it sibi:et ꝙ munere ad regem misit.

Augustinus de ci.dei narrat: quomo do Marcus marcellus anteq̄ syracu sim cepisset:fleuit: et proclamari fecit sub pena mortis:ꝙ nulla mulier vio laretur.

Capitulum viceſiimumquintuz de luxuria vitanda.

LUxuria omni virtuti ē in imica. Ipsa via perditiōis obprobrium iter:facultatū desertatio:studiorū licitorum impedi mentum:sanitatis excidiuz. Ipsa vitā breuiat:mortem festinat: iuuentutis minuit decorem. infirmitates ꝓgnit. corpus sordidat.mētem obdurat. sen sum obnubilat.visuz precipue minuit Ipsa fons et origo omium calamita/ tum anime et corporis.De quo loq̄ns Uale.li.ix.ca.j.Blandus malū inquit est luxuria quā accusare aliquādo fa/ cilius ē:q̄z vitare Et li.iiij.ca.iij. Idez Ualerius refert.ꝙ cum sophocles iā senex esset et quidam ab eo quereret an etiam nunc venereis rebus vteret di meliora inquit.libenter enim istine tanq̄z ex aliqua furiosa profugi domi natione. Et merito.quia teste Tul.j. de offi..Luxuriosa cū omni etati tur pis sit:senibus maxime fedissima est Et li.de senectute.O preclarum mu/ nus etatis senectutis scilicet si quidez id aufert nobis quod est in adolescen tia vitiosissimum. scilicet libidinē cor poris. Seneca in declama.li.ij.adoles cens luxuriosus peccat.senex luxurio sus insanit.Et subdit.que malam faci em habent sepe impudice sunt.nō eni deest animꝰ.sz corruptor.His eni do cumentis apparet luxuriam maxime vitari debere.Salustius in catilina/ rio.Multos pessima luxuria:atqz a/ uaritia vexant. Fulgentius secundo mittologiarum. q̄uis enim in omni/ bus libidinis amor turpis sit:turpi/ or est tamen in honestis. Nam luxu/ ria maiestatis est contraria Sz hoc habet luxuria:ꝙ execat:nec perpen/ dit homo luxuriosꝰ quid faciat. Ido Fulgentius vbi supra li.iij. Amor cū periculo sepe concordat. et dum ad il lud solum ꝙ vocat quod diligit: nunq̄

n.iij.

viuet.qō expedit. quia luxurie amor cecus est.quamobrem veteres libidi nem spreuerunt tanq̄ bonoris inimi cam. Nam referente August.li.de ci. dei. Scipio nasica prohibuit theatra seu loca meretricia. que licet possint absq; fraude permitti:nullo pacto ta men debēt suaderi.plurimi tamē om nem delectationem in suis libidinib; credunt.quibus teste Helinando.om ne delectamentum in libidine est. et quicquid extra libidinem occurrit:of fensio est. Accusent ergo nō tempo/ ra:sed theatra:in quibus ad aram lu xurie virtutum victime trucidantur. O q̄ vile spectalum.q̄ fedum colle/ gium feminarum: pro solo vitio con gregatarū.ppriam etenim carnez vē ditioni exponūt: et pretextu vite sue fornicatione victum sibi acquirunt. quas non excusat carnis temptatio: aut fragilitas sexus:aut violētia. Nul lo enim feruntur amore etiam cor/ rupto.Si enim amarent:humane fra gilitatis excusatione participarent. sz nec amant:nec amare querunt.sed ex fedori luxurie parte:sue execrabili cu piditati subseruiunt. Harum nempe fedus est corpus cadauere putri do: cuius fetorez terra resoluit.sed illaz horror luxurie turpitudinibus fugiter crescit.De consimilibus ait Theodo lus.Mens robusta viri leuitate ca/ dit muliebri.quia scilicet femina impu dica laqueus est viri. Et ideo subdit Defient assirij q̄ crediderunt mulieri. Nunc tamen illud Juuenalis.ij.ve/ rificatur.est eadez summis pariter mi misq; libido.quia plurimi diebus no stris veneri vacant. Sed queso vt fe minarum discant amatores:que sit eo rum delectatio et vita. Nempe ex a/ more femineo non nisi fere dolores generantur.nec est amor quietus: sed anxius.non ampliatiuus: sed corrosi uus.Ouidius.ij.de arte.Quot lepo/ res in atho.quot apes nascūtur in hy bla:cerula quot baccas pallidis arbor habet:littora quot conce:tot sunt in amore dolores. quod iuuat exiguum est:plus est quod ledit amantes.Ec/ te q̄tum lucrum feminaz amatores reportant.suo tamen infelicissimo a/ more se putant felices.et ea cōsumūt in voluptatib9 que sepius grandi la bore acquisierunt. Attendant enim exemplum demosthenis de quo fer/ tur:q̄ Laidis meretricis māmas io co palpitans quesiuit quanti hoc est? que ait mille denarijs.Cui demosthe nes. Ego precio tanto:dolorem non emo.et merito. Nam stultum est mag no precio id emere:cui dolor succedit Nunquit enim tales veneris amato res vt plurimum lugent consumma/ tis voluptatibus suis facultatibusq; consumptis.lugent nempe:z vite pre terite lachrimose scelera recolunt.cō sumpta affectant se deceptos lamen/ tantur.et laboribus necesse est:vt bo na conquestent que voluptuose con sumpserunt.Animaduertant igitur il lud Ouidij.vj.methamor. Nihil est quod non effreno captus amore au/ sit.nec capiunt mentes inclusas pec/ tore flammas.Unde versificator:Fe mina corpus:opes:animam:vim:lu/ mina vocem:polluit anihilat:necat: cripit:orbat:accerbat.Et alibi. Cor/ pus;opes;animam;consortia; federa

famam. Debilitat :perdit:necat:odit destruit:aufert. Ecce quãta incõmo/da:que amatores feminarum studio sissime perquirunt. Unde Hiero. contra Jouinianũ ex dictis Aristo. et plutharci:et Sene. hec uerba colligit. Amor inquit forme scilicet mulieris rationis obliuio est:et insanie proximus est etiam fedus:minime conueniẽs animo sapientum. turbat consilia:altos et generosos spiritus frangit. a magnis cogitationibus ad humillimas ẽ trahit. hominesq; querulosos:iracundos:temerarios facit. pluraq; tempora suspitionibus lachrymis: et questionibus perdit odium facit sui et ipse nouissime odium est. Sene. declamationũ. li. j. Nihil est tam mortiferũ ingenijs vt luxuria. Et li. vij. Luxuria blanda pestis: vltrix orbis: immensas opes auaris abstulit. Claudianus in maiori. luxuries pre dulce malũ:et hebetat caligine sensus. Et in minori idẽ Claudia. Dissuasor honesti luxus:et huãnas obliuiscit copia mẽtes. fuera i enarrabilia sũt damna:que libidinem imitantur. Galterus alexan. Te nõ emolliat intus prodiga luxuries. nec fortia pectora frangat. mentis morbus amor. Si bacco veneriq; vacas que cetera subdis:sub iuga venisti:perijt de lira vacãtis libertas animi:veneris flagrante camino mens habet intersus rixaq;:et bella moueri. imperat:et suadet rationis vile sepulchrum. si caro ebrietas rigidos enervant hec duo mores. parca voluptatis sit eis explere voluntas:que legesq; hominum:et mundi moderantur habenas. scilicet baccus:et venus. Et li. vi. Nil finit intactus nullis cõtenta libido.

Capitulum. xxvi. de voluptate carnis.

Unde narrat Uale.li.ij.ca.ij.q̄ disci plina militaris romano imperio mul tarum vrbium d̃nationem:atq; reg/ norum:et gentium regimẽ largita est Simus igitur sapientes: quoniã vita hominis militia sup terram.Dicit enĩ Policratus li.vj.ca.viij.q̄ militũ vo catio est:vt non p̄mittant.ℜ.p.egere aut perire.Non sũt ergo milites:qui p̄priam animam in peccatis d̃nari p̄ mittunt.Unde egisippus li.v.allegat dictũ Titi dicentis q̄ in exercitu nõ solum requiritur virtus corporis:sed etiam mentis. nec contra hostem for titudo:sed discipline norma:ne sęv mi les sit crudelis:vel impius:aut prede potius q̄ victorie sit intentus. Unde Luce.iij.militibꝫ dicitur:cõtenti esto te stipendijs vestris.Et ẽ verbũ bea ti Johãnis baptiste.plures aũt huius temporis viri se iactant nobiles:inde qꝫ supbiunt:et alios contẽnunt: cete rosqꝫ rusticos nuncupant: et tamen ipsi qui talia frequenter dicunt vilissi mis operibus suam nobilitatem ostẽ dunt.et cum alijs iniuriant̃:se igno/ biles attestantur.Utinam attenderẽt illud Job.xxxj.Nunquid nõ in vtero fecit me:qui et illum.Super quo gre gorius.j.moraliũ.ca.xxj.Omnes inqt homines natura fecit equales.De nobili bus inquit p̄pheta ozee.ix.gloria eo rum ab vtero:et partu.Et Boe.iij.ō conso.ca vi.O inquit q̄ inane et q̄ i utile quis videat.Et declarat ibidem qualiter nobilitas nõ est nisi laus pa rentũ.Nec debet aliquis gloriari de laude aliena.Unde Hiero.epi.cxij.nõ est inquit gloriandũ de nobilitate car nis.quia nec virtutes:nec vitia paren tum imponenda sũt filijs: nisi supple fuerint imitatorꝫ parentum.Et Cri/ sosto.super Math.omelia.v.nobili/ tas inqt seu bonitas parẽtũ:nõ valet nisi fuerimus nosipsi boni.Et omelia xlix. Concludit: q̄ non valet habe/ re Job in patrem sine operibus Job Et omelia.xix.sic ait:nihil inquit pro dest malis bonitas parentum:et nihil obest bonis malitia . Etenim illi non sũt nobiles:quia a splendore parentũ recesserunt:sordibus et nequitijs va cantes:vt declarat Uale.li.iij.ca.v.

¶ Quamobrem de tali nobilitate Juue nalis dicebat:omne animi vitium tan to conspectius in se crimẽ habet:q̄to qui peccat maior habetur.Naꝫ ille no bilis est:qui virtutibus claret: vt ait Sene.epi.xlv.Naꝫ talis nobilitas do num nature est:nec debet exinde quis gloriari quĩmmo debet quisqꝫ tanto esse buĩlior ex munere: quãto se obli gatiorem esse conspicit in reddenda ratione: vt inquit Grego.li.j.omelia ix.Et ap̄lus corinth.iij.Quid inquit habes quod non accepisti:si autęꝫ ac cepisti:quid gloriaris quasi non acce/ peris. Joco Hieremie.ix.dicitur.non glorietur sapiens in sapientia sua:nec fortis in fortitudine sua.Ea enim que natura dedit:nec laudem: nec vitupe rium faciunt.sed ea solũmodo:que li bere cõtrahuntur et fiũt. Ideo ap̄lus primo ad corin.xi.dicebat:gloria enim nostra hec est:testimonium conscien tie nostre. quasi dicat:q̄ non ex natu ralibus debemus gloriari: sed ex mo ribus:seu proprijs operibus.

Finit liber nonus.

Incipit decimus: in quo tractatur de diuersis statibus viuentiū sub principe. ⁊ habz. xvij. ca. Cuius primum est de diuitibus et eorum statu.

Qui sectantur auaritiaz virtutibz vt plurimū non intendunt. Sz qd prosunt diuitie: si virtutes non habeantur? Narrat enim Ualeri. li. iij. qd Scipio omnia temporalia postponens: virtutes pretulit. Unde cum ipse apud se natum romanorū accusaretur: ipse respondit: cum ego inquit africam vob subegissez: nil aliud exinde nisi cognomen portaui: quia scilicet fuit dictus Scipio africanusceo qd africaz romanis subiecerat. Et ideo statim subdit locupletior inquit sum inuidia: qz pecunia. quia scilicet homīes inuidebāt plus virtutibz qz pecuniis suis. quia etiaz virtutes querebat potius: qz diuitias. Sicut enim dicitur prouer. xv. Cōturbat domum suā: qui sectatur auaritiam. Et ꝓuer. xxviij. Qui odit auaritiam: longi fient dies eius. Narrat enim Uale. li. v. qd consules romani intm̄ pauperes erant: qd dum morerentur: liberis suis nihil relinquebant. Unde senatus romanoz eoruz liberis prouidere consueuit. Insuper li. ij. de nugis phōrum de Artagogle rege legitur: qd aurum tanqz fictilia spreuit Unde dicebat: qd prestantius est fulgere moribus qz rebus. Ipse ei vt ibidem dicitur: rex cecilie fuit: et hoc per fortunā: quia pater suus figulus fuerat: et ideo vasis fictilibus semper vtebatur. Unde dicebat: non debeo propter fortunam meam negare naturam meam. Ceterum Uale. li. v. ca. ij. de. Q. tubone narrat: qd licet ditissimus esset fictilibus semper vtebatur dicens: qd maior est thesaurus continentie qz pecunie. Unde cuz sibi munera presentarētur ipse respōdit: deferte inquit thesaurum vestrū et meum relinquite. Ipse enim nouerat illud prime ad coz. v. Quoniā auari regnum dei non possidebūt. Insuper Uale. li. iiij. ca. ij. de. M. curio narrat: qd fuit abstinentie norma: et spectaculum fortitudinis romanoruz. Ipse enim in humili disco comedebat atqz in domo exigua morabatur. De foris igitur samnitū legati venerant sperantes propter sui inopiam muneribus cum posse corrumpere: magnū pondus auri publice missum sibi offerentes: sed non preualuerunt. Unde respondisse fertur: malo inquit locupletibus imperare: qz locupler fieri Munera inquit vestra refertote: et mementote me nec acie vinci: nec pecunia corrumpi posse. Attendebat enī illud apli. ad ephe. v. Scitote intelligentes quoniam omnis auarus non habet hereditatem in regno dei. quoniam auaritia est idolorum seruitus Nunc tamen illud ysaie vi. verificatur. omnes inquit in viam suam declinauerunt: vnusquisqz ad auaritiaz suam. Et tanqz desperantes semetipsos tradiderūt in auaritiaz. ad ephe. iiij Attendamus igit̄ facultatū abūdātiaz amicam esse auaritie: pacisqz inimicam

Nam Abrahamꝫ et Loth fuerunt diuiſi: quia ſubſtantia eorum erat multa. Unde Aug. ſermõe. lv. Difficile inquit eſt habere diuitias: et nõ amare ipſas. ideo periculoſe ſunt ſuis poſſeſſoribus. Quamobrem chriſtus ſuis diſcipulis mat. xviij. dicebat. Si vis eſſe perfectus: vade et vende omnia que habes: et da pauperibus. quoniã facilius eſt camelum per foramen acus tranſire: q̃ diuitem intrare in regnum celorum. Unde ſap. v. quid vobis ꝓfuit ſuperbia? quid diuitiarum iactantia? Et ſequitur tranſierunt omnia tanq̃ vmbra. Ideo Sene. ſic dicebat. Non eſt inquit homo eſtimãdus vel reputãdus ex his que fortuna dedit. Unde Abacbuc ij. ve ei qui multiplicat non ſua. Uſquequo aggrauat contra ſe denſum lutum. Et Hieron. epiſtola. xcvij. Omis inquit diues iniquus: aut iniqui heres eſt. Et prima ad thi. v. Qui amat diuitias: fructum non capiet ex eis. Quapropter Gre go. xviij. morali. diu inquit cum rebus noſtris durare non poſſumus. quia illas aut moriendo deſerimus: aut ille nos viuentes quaſi percundo deſerẽt quoniã diues cum dormierit: nihil ſecum affert vt dicitur Job. xxvij. Unde luce: vi. Ue vobis diuitibus: qui habetis hic conſolatões veſtras. Unde Aug. de verbis domini: ſermone xij. ſic dicebat. quid prodeſt plena bonis arca: inanis conſciẽtia? bona vis habere: et bonus non vis eſſe. Erubeſcere debes de bonis tuis: ſi dom⁹ plena eſt bonis: et te habet malũ. Nã teſte Seneca epiſtola ſeptima munera fortune ſunt inſidie. Et epiſto. xl. Segetem nimia vbertas ſtrauit. rami onere franguntur. ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Unde Grego. regiſtro. iij. Omnia inquit in hoc mũdo mutabilitatis ordo corrumpit. Non igitur in proſperis eleuari: nec in aduerſis turbari debemus: ſed aduerſitatis memoriam: tanq̃ humilitatis anchorã in mẽte teneamꝰ. Quoniã ſicut dicitur prouerbi. j. Proſperitas ſtultorum ꝑdet eos Unde Aug. epiſto. lxxxi. Mundus ẽ periculoſior blandus: q̃ moleſtus. qz ſcilicet in abundantia temporalium timendum eſt: ne cupiditas ſeducat. qz ſicut dicit Gre. moꝛ. xviij. Proſperitas greſſus obliquat: vt vix ad bona redire poſſint. Quamobrem Aug. epiſto. l. concludit: q̃ nihil eſt infelicius felicitate peccantium. quia ſcilicet felicitate peãlis nutritur iniquitas: et mala voluntas velut hoſtis interior roboratur. Et ſubdit. ſi inquit deus permittit pollere iniquos in proſperitate: tunc indignatur grauius: ſi delicta impunita dimittantur. Quapropter Seneca li. de prouidentia ait: q̃ nihil eſt infelicius eo: cui nunq̃ accidit aliquid aduerſi. Et ponit ibi exemplum de regulo: qui ſecundum quantitatẽ tormentorum maiorem gloriam habuit. Unde Gre. moꝛ. vj. Quaſi inqt per amena prata ad carcerem venit: qui per preſentis vite proſpera ad interitum currit. Ioco Job. xviij. Precipitabat eum conſilium ſuum; ſcilicz mundane proſperitatis. Unde Seneca epiſtola. xxxvij. Res inquieta felicitas: que animum exagitat: mouet ac rebrũ: et de vno genere ad aliud trꝛ

tat.quosdam per superbiam: alios p luxuriam:istos inflat: alios mollit.

¶Quamobrem Vale.li.vij.capi.ij.nar rat dictum Solonis dicentis: nemi/ nem dum viueret beatum dici debe re:q̄ ad vltimum vsq; fati diem:an/ cipiti fortune subiecti essem9. Ibidē etiam narrat qualiter Anaxagoras cui dam querenti quis beatus esset: re/ spōdit:nemo inquit beatus est ex his quos tu felices existimas. sed cum in illo numero reperies: qui a te ex mi seris cōstare creditur.nō erit ille diui tijs: et honoribus abundans: sed vt exigui ruris:aut non ambitiose deotri ne fidelis nec pertinax cultor in secef su:c̄ in fronte beatior.quasi dicat q̄ bona temporalia nullum faciūt bea/ tum. ¶Attendendum est enim q̄ mul ti diuites fuerunt: qui postmodū cor ruerunt:sicut de pluribus narrat Va lerius ll.vj.ca.vlt̄.Sicut de Crasso:q locupletissimus fuit:et postmodū ad tantam inopiam deuenit vt bona ei9 a creditoribus:quia solidum prestare non poterat vendebantur. Ibidē etiā narrat de Q.cepio:qui preture splen dore et triumphi claritate:consulatus decore maximi pontificis sacerdotio vt senatus patronus dicitur assecut9 in publicis vinculis spiritum deposu it.corpusq; eius funesti carnificis ma nibus laceratum: in scalis gemonijs iacens:magno cum horrore totius fo ri romani conspectum est.De tempo/ ralibus igitur non est curandū se glo riando. ¶Unde Aug.de verbis do/ mini sermone.xiij.Magne inquit vir tutis est:cum felicitate temporali lu/ ctari:ne alliciat: ne corruptiōe subuer tat. ¶Unde aplus ad phīlip.iiij. Jn omnibus institutus sum.scio humilia ri:et abundare.Super quo Grego.su per Ezech.li.ij.omelia.vij.Magna in quit est ars:et mire scientie disciplina atq; toto cordis nisu discenda: scilicz scire sustinere prospera:et aduersa.

¶Idem Seneca de ꝓuidentia. Fugite inquit delitias fugite eneruantem fe licitatem: qua animi madescunt. et si excesserit:pericolosissima est.atq; mē tes ad imaginationes vanas euocat. ¶Cur igitur confidunt homines in vir tute sua:et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur:

¶Capitulum secundum:de pau/ peribus et eorum statu.

¶Paupertas de se mala non est:sed pauperes quando q; mali.Et quod optimus est celum: scilicet paupertate potius emitur: c̄ diuitijs. ¶Unde Jacobi.j. dicitur: nonne deus elegit pauperes in hoc mundo? Nam desiderium pau perum exaudit dominus:inquit pro/ pheta.Narrat enim Grego.circa finē sui dialogi:qualiter ipse ꝓhibuit: ne fratres sui accederent ad quendaz re ligiosum in morte.prohibuit etiam ne ipsum sepelirent:ideo q̄ ipso viuente habuit tres aureos:quos iussit proijci super eum in detestationem sue cupi ditatis. O c̄ta diffidentia si credas egere aut perire dum eterno regi fa/ mularis. Nonne qui omēs habet the sauros:te ditare potest? ipse signāter qui liberalissimus:qui potentissimus qui omīa nouit quibz indigere potes

Unde Mathei.v. Beati pauperes spiritu: qui scilicet veraz in spiritu habent humilitatem: atqz sufficientiam Unde Grego. in dialogo li. primo ca. xxiij. Parum prodest paupertas: nisi affuerit humilitas: quoniam paupere superbum odit deus. Et alibi dicitur quoniam pauper est: non qui minus habet: sed qui plus cupit. Ex quo patet: q vera paupertas spiritum humilem: et saciatum reddit. Si igitur sa/ciari omnes appetimus: cur verā paupertatem abdicamus? Narrāt enim naturales: q ceruus licet siciat: tamen non bibit: quousqz plenitudinez aque inueniat: ex qua possit satiari. Cur igitur de torrente huius caducitatis potamus? Cur in temporalium acquisi/tione sollicitamur? Expectemus illaz plenitudinem glorie celestis: in qua satiari valeamus. quoniam omnes huius seculi fontes et flumina non nisi amaritudo sunt. Unde apli Math. xviij. Dicebant: ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Nunquid experi/mur: q omis auarus sitit? Et hoc nō inmerito: quia auaritia calor est qui sitire facit: quā di infernales semināt ipsi qui ignibus atrocissimis vruntur Nam vt predixi: omnis auaritia idolorum seruitus est. Consideremus ei illud quod Ualerius narrat: libro. iiij capi. iij. de fabritio: qui refutauit aurum: et argentum sibi missum. Item diogenes omnia spreuit. Teste etiam Seneca li. de prouidentia: Democri/tus diuitias proiecit tanq̄ onerosas. Libro etiam de tranquilitate animi narrat: de quodam qui cum omia sua perdidisset: gaudens etiam dicebat: iubet inquit fortuna expeditius phāri. Unde libro. ij. de vitis patrum le/gitur: q thesaurus monachi est vo/luntaria paupertas. Et de quodam ibi legitur: q vendidit euuangelium vt pauperibus succurreret dicēs: verbum inquit vendidi: quod iubet om/nia vendi: et dari pauperibus. Dis ergo verbis patet paupertatem merito esse tollerandā: mundiqz diuitias contemnendas fore. Unde narrat Hie/ro. episto. xxxv. q crates thebanus homo quondam ditissimus cum ad philosophandum athenas pergeret: magnum pondus auri abiecit: q non putauit se simul diuitias: et virtutes posse possidere. Insuper idem Hie/ro. episto. xvi. de quodam philoloso/pho recitat: q multarum possessionū precium in pellagus proiecit dicens abite in profundum maris. malo enim vos submergere: q̄z ego submergar a vobis. Ecce igitur qualiter sapien/tes hi mundanam dulcedinem tanq̄z amaritudinez spreuerunt. quinimo in hoc solum putabant ditari: cum in diuitijs cor nō apposuerāt. Nam de Fabricio narrat Ualeri. li. iiij. ca. ij. q locupletem: et diuitem faciebat ipsū nō multa possessio: sed modicum desiderium. solas enim virtutes diuitias putauit. Insuper de zenone philosopho narrat. A. gellius: q omnia temporalia contempsit: quia cum fortunaz suā bonam semel perdidisset dicebat: O inquit felix fortuna: que me iubet le/ctius philosophari. Hoc idem narrat Seneca li. de tranquilitate animi. Et

Tul.li.ij.de tuscu.questio.Ecce patet quomodo felix est leta paupertas. Qui autem volunt diuites fieri:incidunt in laqueum diaboli:et desideria multa iuxta apostolum.Attendamus enim illud isa.xlij.Elegi te in camino paupertatis.quia scilicet in mūdo ad paupertatem voluntariam vocati sumus:vt scilicet nil cupiamus vt habeamus:sed solum habeamus vt viuamus.Unō Crisō.super Math.omel. liij.Paupertas inquit est caminꝰ qui calidior est igne.Sicut enim eger nō debet grauari de medicamento:nec q purguandus est purgamento:sic pauper de paupertate nō grauatur.Joco Thob.iiij.ca.dicebat:fili mi paperē vitam gerimus:sed multa bona habebimus si timuerimus deum.Unde Sene.epistō.ij. Honesta inquit res ē leta paupertas:nec est paupertas nisi leta sit Nam qui cum paupertate bene conuenit:diues est:nec pauper est qui parum habet: sed qui plus cupit Et Grego.sup ezech.li.ij.omelia.vj. Ille inquit pauper est qui appetit qō non habet. qui tamen non habet nec habere petit:diues est. Joco sapien. prouer.xiij.dicebat:est quasi diues cū nihil habet.quasi dicat:q diues esse potest qui nihil appetit:licet etiam nihil habeat. Quamobrem Grego.vbi supra:paupertas inquit est inopia mētis nec consistit in qualitate possessoris.Lamentandum est tamen nunc q quilibet studet esse filius procuratoris:scilicet huius mundi.omnes enim auaritie studeant: et tamen diuitie conseruate sunt in malum domini sui:at q3 pereunt in afflictione sua:vt dicitur ecclesiasti.v.Quoniam Aug.libro confessionum recitat:q transiens per vicum vidit quendam pauperem hilarem et letum et ingenuit:suisq3 locis dixit: omnibus inquit conatibus laboramus vt ad securam leticiam peruenire possimus:in hoc tamen puer iste nos precessit.Et subdit Aug. Ille letabatur:ego eram anxius.securus ille:ego trepidus. Unde poeta:o vere tuta facultas pauperis angusti q3 laris.o munera nondum intellecta dei.Unde Mathei.v.dicitur. Beati pauperes spiritu.Et isa.xlix.Paupꝰ suorū miserebitur.Ut igitur heredes simus:non mundo sed christo nascamur vt simꝰ filij et heredes.nec quaramus diuitias terre:sz gratie et glorie dei.quoniā sicut dicitur isa.xxxiij. diuitie salutis sapientia:scientia timor domini:ipse est thesaurus eius.Joco Grego.moralium.xxij. Minus inquit inops est qui vestem nō habet:q̄ qui humilitatez.et ideo odibilis deo pauper superbus ecclesiastici.xxxv.Katō nabilr igitur concludit Aug.v.de ci. dei.ca.xviij.q ipse deus est opulētia mentium:et sua plenitudine hominꝰ facit felices.Eius igitur diuitie sūt appetende.quoniam gloria et diuitie in domo eius:iuxta prophetam. Heu si attenderemus q̄ta mala diuitiarū occasione fiunt: q̄tusq3 dolor ipsarum gignitur occasione:paupertatē opibꝰ preponeremus. Nunquid Absalon p capillos suspēsus est.vt dicitur.ij.re. xviij.Sic enim diuitiarum amatores in ipsis suspenduntur: et pereunt. Et enim attendere deberent verba apostoli ad philip.iij.dicētis:omia propt

christum detrimentum feci:et arbi/
tror vt stercora vt christum lucrifaci
am.quoniam non proderunt diuitie i
die vltionis vt dicitur prouer.xi.Un
de Horatius in suis epistolis epistо.
xij.sic dicebat. Si rectus fueris:non
est vt copia maior:A ioue donari pos
sit tibi.tolle querelas.Pauper enim
non est:cui rerum suppetit vsus.si vē
tri:si lateribus: pedibusqz tuis nil di
uitie maius regales addere possunt
Item Seneca libro de remedijs for
tune sic dicebat: paupertas inquit mi
hi grauis est:et respondet:sed tu pau
pertati:quia non in paupertate vitiuz
sed in paupere. Illa quidem hilaris et
tuta.Unde iuuenalis. Cantabit vacu
us coram latrone viator.Quamobrē
Aug.li.de verbis apostoli sermone.
xxviij. sic paupertatem suadet:Non
inquit displiceat tibi paupertas tua:
quia nihil ea ditius inuenire potes.vis
cognoscere q̄z locuples sit:celuz emit
Uide igitur quibus thesauris confer
ri possit:quod paupertati videmus in
dultum. Nempe vt ad regnum celo/
rum peruenirет:diues possessione sua
obtinere non potuit. Hec ille. Unde
isa.xxix.Pauperes homines in san/
cto israbel exultabunt. Et prophetа
sic dicebat:tibi derelictus est pauper
orphano tu eris adiutor.Et luce prīo
dicitur:qz diuites dimisit inanes.Nā
vere sunt inanes:eorumqz spes vana
est:eo qz preconfidentia diuitiaruz sa
lutis eterne gloriam adipisci preter/
mittunt: atqz se putant a deo haberi
odio:si eorum facultates ab eis tol/
lantur:quibus tamen seducūtur. Fin
git enim Seneca in suis declamatio/
nibus:qz ciuitas olim erat in qua lex
fuit posita:vt nullus alienum cape/
ret:aut damnificaret.qz si quis face/
ret:atrocissimis puniendus erat ver/
beribus. Contingit igitur vt vir qui
dam desperatus laqueo se suspendit
quod videns alius:sibi compatiens:
laqueum gladio scidit:ne ille morere
tur .Ille autem qui se suspenderat:co
ram iudice veniens querelaz fecit:cur
ille laqueum sibi damnificasset.O q̄z
ta insania de laqueo fracto conqueri
tur:et de vita recuperata:et obserua
ta non letatur.Sic enī plures in suis
diuitijs se suspendunt:et mortez eter
nam propter ipsas incurrūt.et si deo
eorum facultates minuat: ipsi tunc cō
queruntur:et deum eis odiosum arbi
trantur.Ecce q̄z stultia.Nam de ter
rena substantia querelam faciunt :et
vite eterne felicitatem quā ꝓpter di
uitias perdebant:non plangunt. Ea
propter beatus Jacobus in sua epi.
ca.ij dicebat: nonne deus elegit pau
peres in hoc mundo:vt nos faceret
diuites in fide:et coheredes regni qō
promisit deus diligentibus se.

Capitulū tertiū de mercatoribz

Ercantia fideliter fieri de
bet.nec pretextu venditio
nis aut emptionis fraus i
proximum debet excogitari: nec vsu
ra tractari.Unde Exodi.xxij.nec vsu
ris opprimes eum scilicet proximum
Et Leuitici.xxvi.Pecuniam tuam nō
dabis ad vsuram.Et Luce.vj.Mu/
tuum dantes:nihil inde sperantes.
Ideo propheta dicit:qui pecuniā suā

non dedit ad vsuram. Unde Ambro
sius. iij. de offici. Cur inquit ad frau
dem conuertis nature industriaz?
cur affectas inopiam proximi? cur op
tari facis pauperibus sterilitatem? et
cur exploras quando tempus sterile
erit? Hanc vocas industriam que est
fraudis astutia: et quod vocas reme
dium: latrocinio coniunctum est. Nũ
quid iudeis prohibitum fuit ne fra/
tribus suis acomodarent ad vsuram
deutro. xvj. Unde Aug. epistо. xxxvj.
Quid dicam de vsuris: nisi quia cru/
delior est qui substantiam subtrahit
diuiti: q̃ qui fenore trucidat paupere
Item Crisosto. super math. omel. v.
Nihil inquit vsura turpius: nihil tam
crudelius. Nam vsurarius lucrum su
um aduersitatem alterius facit. Insu
per Tul. li. j. de tusculanis questioni/
bus Catboni querenti quid expedit
faciendũ in re familiari: respondit: be
ne pascere: bene vescire: bene arare et
cetera. Sed cum quereret an liceret
fenerari: scilicet ad vsuraz concedere
respondit: quid est inquit hominem
occidere: quasi dicat: q̃ fenerari idem
est q̃ hominem occidere. Commemo
remus enim historiaz que habetur in
historia tripartita libro primo de spe
ridiano episcopo: qui pauperibus mu
tuabat triticum. volebat tamen vt tẽ
pore prosperitatis quod acceperãt re
stituerent: vt alijs pauperibus subue
niretur. accidit tamen q̃ quidam mu
tuo semper accipiebat: et nunc̃ repor
tabat: sed cum semel ad episco pum ve
nisset vt triticuz acciperet: dixit ei epis
copus: vade et accipe. ille autem abijt
sed cũ in horreo nihil inuenisset epis
copo retulit. cui episcopus: mirum in
quit q̃ tu solus horreum vacuum in
ueneris. Et tunc ille confessus est de
lictum: totumq̃ restituit. Non igitur
indebite acquirenda est proximorum
substantia. potiori ratione frater fra/
trem vendere non debet. quoniã qui
vendiderit fratrem suum: sui sanguis
immemor est. Attendant igitur mer
catores: vt fideliter in sua vocatione
procedant. Unde prouer. xx. Abho/
minatio est apud deum pondus ini/
quum: et statera dolosa. Unde Mi/
chee. vi. Adhuc ignis in domo impij
thesauriq̃ iniquitatis et mensura mi
noris plena. Et subditur: nũquid iu
stificabo stateram impiam et ponde/
ra dolosa. in quibus diuites eius re/
pleti sunt iniquitate: et habitatores in
ea loquebantur mendatiuz: et lingua
eorum fraudulentia in ore eorũ? Qua
propter dominus leui. xix. precipiebat
fidelitatem mercantiarum dicens: sta
tera iusta: et equa sint pondera et iu
stus modius equusq̃ sextarius. In/
quirit tamen Tul. libro. iij. de offi. ca.
xij. An liceat venditori rei quã ven/
dit vitia promulgare. Unde narrat ibi
dem disputationem Diogenis: et an/
tipatris sui discipuli. Nam diogenes
sic dicebat: quid stultius q̃ vendito
rẽ vitia rei quã vendit narrare: seu
tanq̃ preco dicere: domum pestilen/
tem vendo? Incontrarium tamen an
tipater sic dicebat: nisi vitia narret im
probe facit: et proximum decipit. con
cludit ergo Tulius q̃ non boni viri
sed fallacis est vitia rei celare vendẽ

do. Nam diogenem defendit vtilitas sed antipatrem prefert honestas. Unde narrat ibi exemplum de pithio: qui cum intellexisset. L. cannius vellet ortum suum emere: fecit piscatores ante suum ortum venire cum naviculis et tubis: et pisces alibi captos efferri ac si ibidem capti essent. quod videns cannius: carius emit ortum. sed incrastinum piscatores nullos reperit. quinimmo audiuit nunq̄ pisces ibi captos solitum fuisse. et ita deceptus ē. Et ideo ecclesia. xxxi. dicit̄: cuz negociatore: et cum emptore tracta: dirigendo eos.

¶ Capitulum quartum de seruis et laboratoribus.

¶ Legimus primo regum quomodo Joab licet victor esset: noluit tamē capere vrbem: vt victoria non sibi: sed domino suo ascriberetur. ¶ Sic etenim apud gentiles suis dominis serui fideles fuerunt sicut narrat Valerius libro. vj. capitulo. viij. Idem etiam habetur libro de vita Cesaris: q̄ scilicet quidam seruus Cesaris ab Antonio fuit captus: qui Cesaris inimicus erat vt tamen seruus ille Cesarem abnegaret: nunc seruitia: vel beneficia: nūc supplicia exhibebat. sed nihilominus seruus constanter dicebat: iube inqt me iugulari: quia nec salutis beneficio: nec mortis supplicio: Cesaris miles esse desinam: aut tuus esse incipiam. Gratia cuius cōstantie dictus seruus apud Antonium incolumitatem impetrauit. Ibidem narratur de quodam alio: qui potius voluit mori q̄ a suo domino separari. ¶ Unde Scipio salutem ei presentabat: dum vellet pompeio famulari. Seruus autem respondit: gratias inquit tibi ago quia grande seruitium offers. nulla tamen ratione deseram dominum meum. Milites igitur christiani: christū nulla ex causa debent deserere: et alteri scilicet mundo: vel mammone famulari. ¶ Unde apostolus ro. viij. dicebat: quis separabit nos a caritate christi? quasi dicat nullus. ¶ Insuper Valerius libro. vi. capitulo. viij. Narrat de seruo panoptonis: qui cum vidisset aliquos esse deputatos vt dominum suum occiderent: ipse cum domino suo vestem: et anulum commutauit: et loco panopionis īterfici voluit. Conforme etiā ibidem habetur exemplum de seruo antonij qui miranda supplicia pro domino suo tollerare voluit. Item Sene. de benefi. capitulo. xiiij. Narrat similem historiam preallegate historie secundum Valerium. ¶ Narrat insuper de quodam seruo: qui domino suo incarcerato venenū petenti: obedire cupiens: locove neni medicamē obtulit. et exinde suo domino veniam impetrauit. Ceterū ¶ pompeius libro. iiij. Narrat: q̄ Anaxillaus filios suos reliquit puos sub tutela serui sui spectate fidei. quem tā tum dilexit: vt eius amor quasi filialem precelleret amorem. ¶ Ideo propheta nos amonet dicens: seruite do

mino in timore:et exultate ei cum tre
more.quoniam seruus qui scit volun
tatem domini sui: et non facit plagis
vapulabit multis:vt habetur Luce.
xij. Nunc tamen seruorum viget in
fidelitas:qui nec deo nec hominibus
fideliter famulantur. Nam qui pecca
tis seruiunt:deo famulatum non im/
pendunt. Tales enim sunt similes ser
uo de quo narrat Pompeius li.xviij.
Narrat enim q cum aliqui serui vi/
ctores fuissent:ordinauerunt inter se
vt inter dominos suos ille rex esset:
qui primo solis splendorem mane vi/
deret. qua ordinatione facta: seruus
cuiusdaz qui strato dicebatur:suo do
mino suasit: vt versus occidentem in
tueretur.itaqz dies magna exstitit et
fulgorem ille non videbat. Huius ta
men fraudis cognitione habita:stra/
to fuit rex factus. Sic enim multi
suos dominos seducunt:et per adula
tiones impediunt:ne videant orien/
tem: scilicet ne veritatem agnoscant
et suadent intuitū occidentis: scilicet
opera tenebrarum. Non sic igitur:sed
in christum famulandum est. Unde
Math.xxij.dicitur. Reddite que sūt
Cesaris Cesari:et que sunt dei deo.q:
quecunqz seruicia humana in christi
nomine compleri debent: atqz ipsorū
occasione diuina opera non debent
pretermitti. Unde Valerius libro.iij
capitulo.iij. Narrat quomodo seruus
quidam barbarus subito interfecit A
strubalem:eo q dominum suum in/
terfecerat. Et cum ratione homicidij
vehementer cruciaretur:nihilominus
leticiam quam ex vindicta ceperat:in
ore constantissime retinuit. Sic etiam
pro offensa nomis christi certare de
bemus:atqz blaphemantes:seu emu
lantes suo nomini sanis correctioni/
bus:et consilijs inuadere debemus.
Unde ecclesia.x. In cogitatione tua
regi non detrahas. Idem apostolus
ad ephese.vi. Serui obedite domi/
nis carnalibus cum timore: et tremo
re:in simplicitate cordis. Sed fortas/
sis plurimi se putant infelices:eo q a
liorum sunt serui:alij quoqz qui do/
minantur eis famulantes despiciunt
Utinam vtriusqz conditiones homi/
nes attendant. quoniam nec famula
ri dedecus est:nec dominari fastus es
se debet.

Capitulum quintum de peregri
natione.

Quia presens ē:quasi quod
dam peregrinagium. ob
hoc status peregrinorum
est laudabilis:dummodo recta inten
tione peregri.ari discant. Quaso igi/
tur vt veterum peregrinationes com
memoremus. Attendamus enim quo
niam sicut dicitur gen̄.xij. Abraham
terram propriam:atqz cognationem
dimisit: et ad mandatum domini ad
alienam terram profectus est. qua p
pter benedictionem dei promeruit.
Sic enim vir christianus relinquere
debet domum propriam scilicet pro/
priam voluntatem:et quosqz amicos
et parētes vt dominico precepto obe
diat. Nam christus dicit: qui nō odit
patrem et matrem:adhuc autem et a

nimam suaz:non potest meus esse dis cipulus. Sed que est terra ad quam proficisci debemus: nisi celestis glo/ria? In cuius spe tanq̄ fideles pere/grini viuere debemus.quoniam teste apostolo. Non habemus hic ciuitatez manentem: sed futuram inquirimus.

¶ Sed quid est q̄ Abraham altare do mino edificauit:nisi q̄ fideles pere/grinj in hac mortali vita diuino cul/tui insistere debent? quoniam laus ei⁹ in ecclesia sanctorum ait prophcta.

¶ Sed nunquid Abraham suam vxorē voluit sororez vocari? Sic debent pec catores. Nostra siquidem vxor caro nostra est:cui deus animam nostram desponsauit.sz dum peregrinamur in egipto:scilicet in hoc mortali mundo nostram carnē tanq̄ vxorem amare non debemus:sed potius amore quo dam naturali:et non carnali ipsam di ligere tenemur.quoniam teste aposto lo ro.viij.Si spiritu carnis inquina/menta mortificaueritis:viuetis. Sed quid est pharao:nisi diabolus:qui no stram carnē sub iugo tenere cupit: et ad peccatum ducere intendit? si tamē vir id est spiritus iustus fuerit sicut erat Abraham: tunc deus pharaonez scilicet diabolum concutit:et ab eius seruitute animam eripit. quoniam nō vidi iustum derelictum:nec semē eius querens panem. teste propheta. Ex his igitur patet qualiter sit peregri/nandum: non in carne sed in spiritu. nō hic manendo:sz ad celestia cor ri gendo. Experimur enim q̄ planta val de crescit si in terra aliena plantata fuerit:nec potest in propria terra sci/licet vbi seminata est:seu primo plan tata sit: germinare sicut in aliena ter ra. Joco christus dicebat. Neme pro pheta in patria acceptus est. Ut igit̄ in virtutibus et gratijs ꝓficiamus: mundi huius caducitate spreta:ad reg num celeste toto mentis affectu pere grinemur. ¶ Attendam9 igitur quo niam peregrinus domum quietam nō habet: sed ad terminum quietis ten dit. q̄tum ambulat semper medita/tur:et cum hospite semper rationem proponit. sic enim congruit: vt cum deo sepe computemus. nunc delicta fatendo: nunc beneficiorum impen/dendo laudes:et gratiarum actiones et q̄tum ambulamus: scilicet q̄tum proficimus: sed q̄tum melioramur: frequenter meditari debemus. Nam sicut narrat Seneca libro.iij.de ira capitulo primo. Philosophus quidaz dictus sextinius omni die computa/bat sua merita:atqz demerita: vt sci ret de quanto melior: aut deterior ef fet. Plurimi tamen sine consideratio ne vie pergrinātur:quia sue vite qua litatem non considerāt. Alij vero tar de ambulantes:terminuz attingere ne queunt:quia scilicet temporalibus oc cupantur: et in via salutis ambulare negligunt.et si ambulare inceperint: videlicet si bonum aliquod facere dis posuerint:cito fatigantur: cito attedi antur.quia scilicet impotentes: vel p nimiam iuuentutem:scilicet ignoran/tiam:vel per nimiam senectutem sci/licet peccatorum:aut propter nimiam corporis grauitatem:scilicet diuitiarū facultatem. ¶ Inquiramus enim cur angeli mouentes celos nō fatigantur ¶ Huius enim ratio est: quia sunt im/

mortales:atq; pure spirituales. Ut igitur in bonis operibus non fatige/
mur:nõ carni sed spiritui subiciamur Commemoremus philosophi plato/
nis peregrinationem. De quo fertur in libro qui dicitur suda q; ad italiaz profectus fuit:vt pythagoricorũ philosophoz doctrinam audiret. Et eo dem narrat Policratus li.iiij.capi.v. q; in egyptum pegrinatus fuit:vt a/strologie vacaret.ibiq; vt a pluribꝰ creditur didicit oracula ꝓphetarum. Exinde tamen in italiam redijt: et pitagoreum tarentinũ secutus est.quĩmo vsq; ad indos et medos profe/ctus fuisset:nisi bella calesica ꝓhibuissent. Insup de Pitagora philosopho narrat Polic.li.vij.capi.iiij.q; pro scientijs acquirendis in pluribus regionibus profectus est. Unde pro motibus syderum cognoscendis:iuit prio in egyptum:deinde in babiloniam:t deinde regressus est ad regiones cretarum et lacedemonum vt minois et ligurgi leges inclitas percipere vale/ret. Ex quibz patet qualiẽ ꝓ scientia etiã hũana acquirẽda phi ꝓfecti sũt. Nunquit igitur magis decet pro celesti gloria adipiscenda peregrinari: christo dicente mathei.xxv. Uenite benedicti patris mei percipite regnuz ꝛc̃: In hoc enim mundo gloriari non debemus. Nã vita presens transito/ria est: et tanq; peregrinagium continuis subiacet motibus. Tanq; igitur peregrini in hac vita viuere debem9 nostram felicitatem in hac mortali vita non constituendo. Nam filij Abrahe quadringentis annis peregrini fuerunt:et postmodum terram promis/sionis obtinuerunt. Quid est enim pegrinari spiritualiter:nisi affectu ab/dicare quecunq; terrena sunt et mente celestia desiderare. Unde math. xvj.Qui vult venire post me:abne/get semetipsum et cetera.Super quo verbo Grego.libro.vij.super euangelium omelia.xxi.Tunc inquit nosipos abnegamus:cum vitamus quod per vetustatez fuimus.et ad hoc nitimur vt per merita renouemur. Et ponit exempla de oleribus:que transponuntur vt proficiãt:et eradicantur ut crescant.q.dicat:q; spiritualiter peregrinandum est:vt in meritis proficia/mus.Tunc enim bene peregrinamur quãdo in nulla re terrena affectuz ponimus. Multi tamẽ pergrinantur:sz exinde non meliorantur:quia suum onus secuz deportant.nunc enim expi mur:q; pegrinꝰ onerat⁹ nimis affligitur. Sic enim illi peregrini onerati sũt qui p mundũ discurrũt:ad suas tamẽ possessiões bẽt affectũ.et quocunq; vadũt:secũ desideriũ cupiditatis portãt. Joco socrates cuidaz interrogãti cur sue pegriatões ñ ꝓdessent:rñdit dicẽs:cur igt miraris pegriatões tibi nõ ꝓdesse lz eĩ hincide trãfferaris:id tñ te opprimit:qđ te de patria expulit Quid enĩ ꝓdest t̃rax nouitas:aut fuga?qđ iuuat si cũ fugeris:onus tecũ defers?quasi dicat:q; parũ ꝓdest pegrinari:nisi a mũdanis affectibz mẽs pegrini sit exonerata.nec sufficit pauperem esse:sz mł cupere oportet. Nõ prodest instabiliter per orbem pro/gredi:sed ponous oportet excutere. Multi eĩ p mũdũ discurrũt:ãt q; locum nõ inueniũt:in quo suoꝝ vicioꝝ

plenſtudinem exercere poſſint:aut ga iactantiam de ſuis itineribus ſperant ¶Nec tamen de peregrinatione corpo rali hoc tantummodo verum eſt: ſed etiam de ſpirituali.quia multi peregri nari ſcilicet in ſuis meritis ſe profice re fingunt: dant elemoſinas: aliſq; munera largiter impendunt.eccleſias edificant.quia tamē laudem vel com modum ex inde ſperant temporalem ſoco ſecum onus deferunt: et peregri nationis conſummationem non attin gunt ¶Talibꝫ loquitur Gregorius.omelia. predicta vidimus inquit quoſdam ha bitum:non animum mutaſſe:ita vt re ligioſam veſtem ſumerent: et preteri ta vitia non calcarent:ſed potius re / manent cum ire ſtimulis:cum horro / re militie:et ad proximi leſionem fer ueſcunt:atqꝫ de bonis operibus oſtē ſis ſuperbire:huiuſqꝫ mūdi lucra que rere ſtudent:et de ſolo exteriori ha / bitu ſanctitatis fiduciam habere cu / rant.¶Si igitur cum ſuo onere pergūt et ſoco de facili fatigantur. Sed illi onus deponūt:qui pronitates ad ma lum mortificant et euellunt.Quod fa ciebat diogenes philoſophꝰ.De quo dicitur in collationibus patrum qꝫ cū quidam cum intuens diceret ei iniu / rias: tunc diſcipuli eius in eum vole bant irruere.ſed Diogenes prohibuit dicens: quieſcite o ſodales: hic enim mihi dixit.quoniam mei oculi corrup tione pleni ſunt.¶Reuera talis ſum:ſi licet corruptus q̄tum ex natura eſt:ſz me contineo.Ex qua quidem reſpon ſione patet qualiter diogenes ab om ni libidine animum ſpoliabat.et ſoco virtutibus et ſcientia tanq̄ peregri / nus exornatus floruit.

¶Capitulum ſextum quomodo ſe nes debēt eſſe venerabiles ⁊ virtuoſi

Senectus eſt etas venera / bilis. Loco moribus ho / neſtis ornari debet. Unde ¶Policratus li.iiij.capi.viij. Narrat lu cium dixiſſe:qꝫ ſenes tanq̄ medici in ter homines commorari debent:nūc conſilia prebendo: nunc triſtes conſo lando:nunc dolentibus compaciendo Unde Uarro in ſuis ſenten.Tam ve ro ridēda eſt in ſene puerilitas:q̄ ſtu penda in puero morum optimorum conſtantia.Unde Seneca ad lucillum epiſto.iiij. Hoc inquit peius eſt ſi ha bemus auctoritatem ſenum: et vitia puerorum.Et epiſtola.xiij. Quid tur pius:q̄ ſenem viuere inſipienter. Et epiſtola.xxxvij. Numera annos tuos et pudebit eadem velle que volueras puer. Uerumtamen ſepius videmus ſenes vitijs inuolutos. Unde Sima chus in ſuo epiſtolari:Scio ſenes ad capeſcendum labores ſenes fieri:ſed eorum vitia cum tempore creſcūt. Et ¶Marcialis cocus.Heu mei male com putantur anni qꝫ ſe quattuor tempo / ra vitia vident. His itaqꝫ verbis cla re pateſcit:turpe eſſe ſenes non mori geratos. in quibus omnia vitia tur / pia ſunt:illa tamē ſunt fediora in qui bus frequentius delirant.cuiuſmodi ſunt auaritia et luxuria .Uñ Seneca

libro de moribus.monstro simillis est auaritia senilis. Quid enim stultius q̄ vita deficiente viaticum augere? Rursus de luxuria senum Tulius primo de offi. Luxuria inquit cū omni etati sit turpis:in senibus maxime fedissima est.Et Seneca libro.ij.declamationum.Adolescens luxuriosus peccat.senex luxuriosus insanit.Et tibullus libro primo.senibus loquens ait. quid tibi nunc prodest molles colluisse capillos? Et manibus canas fingere velle comas? Et subdit.Tollere nunc cura est albos stipare capillos Et facie dempta pellem conficere noua. Itaq; stultorum quorundam senum sollicitudo stulta est renouari:et iuuenes apparere. Sed teste Ouidio primo de fastis.nequitia est que te nō sinit esse senem.quia malitia quosdaz senes sit excecat: quod suam senectutem fateri recusant:et plus iuuenibꝰ saltem affectu libidini vacant. O vtinam senes delicta relinquerēt:ex quo ab eis deserunt. Et si peccatis seruierint:sufficiat ipsis vt residuum temporis deo exhibeant: et quod natura respuit:id vitium odio habeant. Tulius libro de senectute.O preclarum munus etatis senilis.aufert enim vitium carnis autoritatem prebet. Unde in senatu senū sīa principatū tenebat plurimaq; senectus honorum stipendia prebet.Dat enim loquendi audaciam:vt refert Ualerius libro vj. capitulo secundo. Nam cum Passellius iurisperitus multa loqueretur:ad morum correctionem ab amicis redargutus est.qui respondit:duo sunt inquit que loquendi prebent licentiam scilicet senectus et orbitas. Nam senex considerat q̄ parum est viuitur:et cecus mundi gloriam non timet perdere: cū nec qō timere ōbeat vidcat. Rursus senectus vehementiā libidinis tollit. Unde Fulgen.libro mitologiarum: Igniculus iuuentutis algescit in senio.Et si senes huiusmodi algorez in seipsis non sentiant:hoc ideo est:quia in iuuentute libidini vacauerunt:quā exuere nō possunt. Iō Seneca epistola.xli.ad lucillum.Ante senectutem inquit curaui vt bene viuerem:in illa vt bene moriar. Nempe hi felices sunt:quibus collatum est in bona viuere senectute. Plurimi tamen se putāt infelices:eo q̄ sint senes:molesteq; ferunt senectutis antietates:que tamen sunt remedia peccatorum.sed in crimina ipsa commutant. Unde Horatius in poetria multa senem circunueniunt incommoda vel quia carere timet rebus:vel quia dolet iuuenum delectationibꝰ vti nō posse.O infelicissima senectꝰ:que doles peccare non posse. Uides enim ꝓximaz mortem:et in spe sceleratissima languescit. Nam teste Tulio libro de senectute. Nemo tam senex est qui se per annum viuere posse non putet. Unde in prouerbijs sapientum dicitur heu q̄ multa penitenda incurrunt homines viuendo diu. Quamobrem secundus philosophus de senectute loquens:sic inquit:quid est senectus:est optatum malum mors venientiū:incolumis languor:mors spirans. Q̄z dicunt senes ad plura vitia

se proclíuos. Quod si ita sit ideo est: quia intemperate víuunt: et frigidaz senectutem cibis indigestíbilibz onerãt. z ex inde natura fastidiata in mala plurima decidit. Quamobrem sex sobrietatem vitam regularem habet. Unde Tulíus libro de senectute loquens more senum ait. vtendum est enim exercitationibus modicis: et tantum cibi ac potus accipiendum: ut vires reficiantur: non opprimantur. Nam exercitatio et temperantia etiam in senectute vires conseruant. Sz intemperati senes si fuerint: feliciori occasione corpus dissoluunt. ¶ Attendant igitur senes suum finem propinquum eis. et ob hoc se corrigant: vt docet faciendum Seneca de naturalibus questionibus. ¶ Nil enim peccata vitare melius suadet: qꝫ vicinitatis mortis contemplatio. Quemadmodum enim vir crescit in annis: ita debet in virtutibus crescere. et cum beato Paulo euacuare ea que sunt paruuli. prime ad cor. xiij. Unde Seneca epistola decima sic dicebat: gratias ago senectuti mee: quia quicquid nolle debeo: hoc velle non possum.

¶ Senectus igitur non solum virtutes postulat immo etiam homini quasi in vite radicem virtutũ. s. hũilẽ generat ¶ Unde Ambro. in suo exameron li. primo de bona senectute loquens ait: senectus in bonis moribz dulcior: in cõsilijs vtilior: ad constantiam subeunde mortis paratior: ad reprimẽdas libidines fortior. ¶ Sed moderna senectus ideo seducitur: quia nemo qꝫtumcũqz fractus sit in viribus: decrepitiqz senectutis: se putat esse breuiter moriturum. immo quisqz qꝫtumcũqz senex: adhuc putat per annum víuiturum: vt inquit Hiero. in quadam epistola. De tali igitur senectute loquitur Hugo li. ij. de claustro anime dicens: inter abusiones huiꝰ seculi hec sola maior é: senis obstinatio: qui morti propinquus: mortis non abhorret aduentum: et qui quasi ad ostium mũdi huius positus foris spectat: nec tamen vite presentis attẽdit egressum: nec future considerat ingressum. audit nũcios mortis: et credere nõ vult eis. ¶ Tres enim sunt nuncij mortis: casus: infirmitas: senectus. Casus: dubia nunciat: infirmitas grauia. senectus autem certa. Casus nunciat mortem latentem: infirmitas apparentez senectus presentem. Ex incertitudine mortis habetur timor: ex grauitate infirmitatis dolor: ex certitudine senectutis non obstinatio: sed afflictio et humilitas sequi valent. ¶ Unde Valerius libro. viij. capitulo. xiiij. Senes fioruisse virtutibus narrat. ¶ Naz de gorgia leontino recitat: qui cum centesimum et septimum ageret annum: interrogatus fuit cur tãdiu víuere vellet: qui respondit: nihil habeo qꝫ senectutem meam accusem. ¶ Non enim gloriandum est seni de senectute etatis: nisi assit senectus sapientie et virtutis: prout ait Seneca epistola. xcv. ¶ Quia non vt diu víuamus curandũ sed vt bene víuamus optandum. ¶ Quid tamen sepius contingat experimur: víros plures quanto senio/res tanto de vita curiosiores.

Attendamus igitur Ciprianum libro de.xij.abusionibus sic dicentem: quid inquit stolidiq fieri potest q̄ si senex ad aliam vitam festinare contendat: quando totum corpus ad interitum properat: dū oculi caligant: aures surdescunt: capilli defluunt: facies palescit: dentes in numero minuuntur: cutis arescit: flatus tabescit: pectus suffocatur: tussis viget: genua tremunt: talos et pedes tumor inflat? His igitur omnibus senex agrauatur stolidq si mentaliter senex fieri negligat. Et subdit quid inquit superest: nisi quia dum vite huius defectus apparent cogitare congruit: quomodo vite future aditus comprehendatur.

Capitulum septimum: de sapientia senum.

Uri senes experientia: et intellectu: atq; sapientia debent florere. In hoc enim homo maxime deo similis est: quando sapientia: atq; intellectu fulgescit Dicit enim Auicenna libro naturaliū parte.v.q intellectus post.lxxx.annos roboratur. Et Tul.li.de senectute dicit: q memoria. industria: atq; ingenium vigent in senibus. quod ē intelligendū de senibus non decrepitis Studiosissime igitur senes querer̄ sapientiam debent. Unde Sene. epistola.x. de seipso loquens dicebat: gratias ago senectuti: eo q lectulo me affixit. Et sequitur: in libellis mihi plurimus sermo est: ac si diceret: q studium summe sibi placebat. Unde Tul. li. de senectu. Arma inquit senectutis sunt artes et scientie: exercitationesq; virtutum. quia nihil iocundius senectute stipata studijs virtutum. Uigēt inquit senes consilio: et auctoritate.

Nempe si sapientia veritatis amica ē senibus autem veritatem dicere licet

Senes igitur sapientiam amare debent. Narrat enim Ualerius li.vj.capi.ij.q cum senex quidam interrogaretur quibus liberius conueniebat veritatem dicere: ipse autem respondit q senibus: et pauperibus. Nam senex videns q parum victurus sit: veritatem dicere non formidat. Pauper autem similiter non timet: quia non habet quod perdat. Dicit enim Seneca epistola.lxj.q nil aliud spectat senectus: nisi ductum ad mortem. Quapropter idem episto.xiiij. concludit: nil inquit turpius: q̄ senex insipiens quia scilicet mori minime formidat.

Nec tamen molesta debet haberi senectus: quinimmo est etas iocundissima. Nunquid enim dulce est cupiditates fatigasse: aut reliquisse: inquit Seneca episto.xij. Numera ergo annos tuos: r pudebit eadez velle q̄ volueras. Moriantur ante te vitia: inquit Seneca epistola.xxiij. Desine igitur eadem velle senex: que voluisti puer opusq; tuum sit malis imponere finez inquit Seneca epistola.lxij. Quid enim stultius: q̄ vita deficiente augere cibum viatieum inquit Seneca libro de moribus? Et subdit. honestior est inquit qui ad senectutem quietem retulit: q̄ qui in ocio inuenit. et tunc laborar̄ icipiat. vñ Cato. Fac tibi succurrāt iuuenis q̄ feceris ipe. Quāobr̄

Seneca libro de naturalibꝫ queſtio. circa finem.ſic inquit. Ex quo igitur nō reſtat ſeni ſpes devita:et impoſſibile ē ſibi diuturna dilatio mortis:reſtat igitur vt ſtudeat bene mori cum ſanctis patribus.et vt bene moriatur nil vtilius q̄ ſi bene viuat.Unde eccleſi.xxv.que in iuuentute tua nō cōgregaſti:quomodo inuenies in ſenectute tua?quaſi dicat nunq̄. Quapropter deutro.xxxiij.dicitur: ſicut enim dies iuuētutis tue:ſic et ſenectus tua Et eccleſiaſtici.xxv.q̄ ſpecioſa inquit veterana ſapientia.Et ſequitur:corona ſenum multa ſapientia. Tradit enī Seneca epiſtola.lxxxix.q̄ ſenes non ſolum docere:quinimmo et diſcere ō bent.Et concludit:q̄ nulli etati magis q̄ ſenectuti diſcere conuenit. Ubi enim maior corporis egritudo: vbiq; nauis magis egra:ibi rector ſapiētior exigitur.Senes enim vt dicitur li.ſaturnalium: fragiliores atq; ad infirmitates procliuiores ſunt ceteris etatibus. Maiori igitur indigent ſapientia regi. Rurſus quia neceſſe eſt prīcipem ſapientem eſſe: ſapientia autez in ſe maxīa eſt:decet igitur ſenes prīcipari. Unde Plato in thimeo dicit: q̄ non decet rem antiquam a poſtgenitis regi.Quapropter Ligurgus rex in ſuis legibus ordinauit iuuenes ſenioribus debere famulari: vt tradit Pompeius. cuius ratio colligi poteſt ex.xxviij.ca.libri ſecundi rhetoricorū Ariſtotelis:vbi Ariſto.multiplici laude ſenes commendat dicens q̄ in ſenibus eſt continentia:quia frigidi ſūt nec exceſſibus infeſtantur.Sunt iuſuper miſericordes: quia humanam fragilitatem ratione ſenectutis maxime experiuntur. faciliter enim miſeretur quiꝫ moleſtias in proprio corpere gerit. Item in ſuis eloquijs non ſūt pertinaces. Nam quia ſeipſos alioſq; deceptos viderunt:ideo cum ambiguitate quicquid dicunt aſſerunt quod faciendum Achedemici philoſophi tradiderunt: vt ponit Policra.li.v.capi. iij.Si igitur libido regna conſumpſit ſi curioſitas Salomonem depreſſit: deturpauit impietaſq; Neronem:ſi pertinacia cum manicheis arrianos concuſſit:non igitur iuuenes debent prīcipari.Unde propheta ſuper ſenes intellexi:quia mandata tua queſiui.

Capitulum octauum: de iuuenibus et eorum ſtatu.

Iuuenes talem vitam ducere impoſterum petunt: qualem ducere in exordio ceperunt.ipſis igitur maxime expedit moribus intendere bonis:et virtutes adipiſci: bonis vſibus et diſciplinis. Unde Seneca libro de moribus dicit:educatio et diſciplina mores facit et id ſapit quiſq;:quod didicit.Unde Quintilianus libro primo. Parentes alios corrigit:qui ſuos filios non inſtruunt. Utinam inquit liberorum noſtrorum mores non ipſi perdere/mus.Infantiam enim ſtatim delicijs ſoluimus.molliſq; educatio:quā īdulgentiam vocamus:mentis et corporis vires frangit. Idem Quintilianus li. ij.Ingenia inquit puerorū nimia emēdationis ſeueritate deficiunt.qꝫ ſicut ex defectu correptionis neq̄q̄ fiunt:

ſic ex nimia ſeueritate obſtinantur et deſperant. et dum omnia timēt: nihil conātur. Modeſte igitur eruiendi ſunt. Nam teſte Ouidio de arte amā di. in puero eſt etas mollis: et apta regi: ingenium celeſte ſuis velocius annis ſurgit. Et idem Ouidius in epiſtolis. Et teneros leuant iuga primia iuuencos. Frenaq3 vix patitur de grege captus equus. Sic male vixq3 ſubit primos mores rude pectus. quia de difficili doctrina3 ſuſcipiunt homines rudes: et annoſi. Joco congruit ī etate puerili doceri. Unde Hora. in epiſtolis. Quo ſemel imbuta eſt recens ſeruabit odorem Teſta diu. tractari mollius etas imbecilis ſolet. quibus verbis aperte concluditur: etatē iuuenilem diſciplinis aptiſſimam fore. Sed proh dolor teſte Sene. in declamationibus li. primo. Torpent ingenia deſidioſe iuuentutis. nec labore regulantur cantandi: ſaltādiq3 obſcena ſtudia. effeminatoſ tenent. capillos frangere: et ad muliebres blandicias voces extenuare: mollicie corporis cum feminis certare: et immundiſſimis rebus ſe excolere noſtrorum adoleſcentiu3 mos eſt. molles eneruiq3 nati in vitio manent. expugnatores ſunt aliene pudicicie: negligentiq3 ſue. Huiuſmodi ſunt etiam huius temporis iuuenes frequenter talibus qui ſordidantur: in quibus nullus eſt pudor: ſed inuerecunde turpitudies ſuas faciunt. Uerumtamen teſte Seneca ad lucillum epiſto. v. Uerecundia bonum in adoleſcente ſignum eſt

Sed vnde tanta diſſolutio iuuenum procedit? Parentum nanq3: atq3 rectorum ſuorum exempla turpia impios faciunt illos. Porro enim difficile eſt iuuenem immodeſtum et iniquu3 eſſe: ſi cum bonis et honeſtis nutriatur viris. Unde Tuli. ij. de offici. Prima inquit adoleſcentis commēdatio proficiſcitur a modeſtia et diſciplina parentum ſuorum: et de facili in bonum deflectitur: ſi cum bonis et honeſtis aſſiduus fuerit. Uerumtamen ipſi adoleſcentes bonos viros vt cō muniter fugiunt: quia redargui recuſant: ſed eos qui regere habent verberibus aut minis domare ipſos tentent: dum tamen modus in omnibus teneatur. Uirgilius in. iij. Geor.

Jam vitulos hortare viamq3 inſiſte domandi. Dum faciles animi iuuenū dum mobilis etas. tunc enim maxime ſunt dociles: quando ſunt tenere etatis. Sed libido et laſciuia ipſos infeſtat. et quā deberent deo exibere iuuentutem veneri in ſuam perditionē offerunt. Juxta illud Ouidij. ij. de faſtis: cum iuuenilibus annis luxuriantur. Et idem Ouidius primo ſine titulo. Militat omnis amans: et habet ſua caſtra cupido. Que bello eſt habilis veneri quoq3 conuenit etas. Et Claudianus in minori. Tenerus eſt lubrica moribus etas. O vtinam iuuenes animaduerterent ſuam perditionem luxuriam fore: qua totus homo deſtituitur. et ſi libidini quis iuuenis hereat turpi vita polutaq3 infamis fiet. Sed reuera teſte Seneca in troade. Juuenile vitium eſt regere nō poſſe impetum. hoc enim ideo dicitur vitium iuuenile: quia carnis impetibus vt plurimu3 ſolent iuuenes obtēperare

Si enīz iuuenis es: si anxiaris carīs molestia: aut mores si ignoras consilia prudentum quere. cum quibz verare: vt dirigaris. ¶ Unde Sidonius in suo epistolari li. iij. Plurimum inquit laudis est si iuuenes moribus se applicant. et quotiens de negociorum meritis ambigunt: ad peritorum consilia recurrunt. Hoc tamē facere negligunt: sed in spe vite diuturne dessioes fiunt. et sue pulchritudinis occasione abusus ꝯplurimos peragunt. Sciant tamen quoniam eorum pulchritudo vanitas est. Unde scōs philosophus: quid est pulchritudo? flos marcidus: carnalis felicitas: humana concupiscentia. Et Sene. in spolito. res est forma fugax. Idem epistola. lxxx. ad lucillū. Cogito inquit mecum: ꝯ imbecilles sunt hi quorum lacertos humeroſqz miramur. Et Petronius: ratam facit mixturaz cum sapiētia forma. quia scilicet pulchritudo nihil facit ad sapientiam. Ideo fertur Aristo. dixisse: ꝙ si linceis oculis homines viderentur vt melius viderent et corpus penetrarent: tunc circrūspectis visceribus etiam pulcherrimum corpus turpissimum videretur. Ideo Boetius. iij. de conso. Te inquit pulcherrimū videri nō natura tua: sz spectantium oculorum facit infirmitas. Cur igitur iuuenes in sua pulchritudine gloriantur? cur inde superbi fiunt: quia non ipsi pulchri: sed eorum pellis forsitan venusta est. Unde Ouidius. xij metham. Forma bonaz fragile est: quecunqz accidit ad annos ¶ Fit minor: et spacio carpitur ipsa suo Nec viole semper: nec lilia candida florent. Idem. iij. tristium: Ista decēs facies longis vitiabitur annis: Ruga qz in antiqua fronte senilis erit. Cum qz aliquis dicet: fuit hec formosa debilis. Et speculum mendax esse quererere tuum. vnde scalplurius in buccolicis. non hic semper eris: perdunt et gramina flores. Perdit spina rosas: nec semper lilia candent. Donum forma breue est. Quibus attentis de sua pulchritudine superbire sapiens non habet. Nec iuuenes in suo decore: aut vigore gloriari debent. et in vite diuturnitate spaz nō debēt. Unī Tul. li. de senectute. Frustra igitur sperat vł promittit adolescens se diu victurum Quid enim stultius: ꝯ incerta ꝑ certis habere? Facilius enim in morbos adolescentes incidunt: grauius egrotant: tristius curantur. et in hoc melioris conditionis est senex: quia quod sperat adolescens: ipse senex iam consecutus est. Ille enim vult diu viuere sed iste diu vixit. Absit igitur vt quis iuuenis gloriętur in his muneribus: que caduca sunt: sed viuat cum timore dei. prudentes imitetur. parentibꝰ obediat. et in moribus bonis viuere assuescat. in quibus perseuerare honestum est. ¶ Nam iuuenes cum senuerint: eam volunt ducere vitam quam in iuuētute consueuerunt. Ipsis igitur congruit a primeua etate capere eos mores: quos imposterum tenere ipsis libeat. Unde ecclesiasti. xi. Letare iuuenis in adolescentia tua: et in bonis sit cor tuum in diebus iuuentutis tue. Nam in his delectari est nobis naturale: in quibꝰ ab infantia delectari incepimus: vt patet. y. ethico.

Ideo eccleſi.xxv.dicitur: que in iuuẽ tute tua inquit non congregaſti.quaſi dicat:q̄ nõ inuenies. Ideo ſapiens ꝑ uer.v.dicebat:ne des alienis tuuz ho norem:et annos tuos ne des crudeli ne forte impleantur extranei viribus tuis. Cuius contrarium plures faciũt iuuenes.qui tantũ ſuis dñis tempora libus famulari ſtudent:et ꝓpriã ſa/ lutẽ deſerunt:et ſuis obſequijs dños impingant:ſuamq̄z animam damnãt.

Iuuenes igitur mores acquirant: qui bus inſiſtere in ſenectute deſiderant qui et ſi ſani ſunt:bene opentur: nec ad diem extremum differant. Unde Brego.in ſuo paſtorali li.ij.ca.xiij. A monendi ſunt inquit incolumes vt ſa lutem corporis exerceant ad ſalutem mentis:ne accepte incolumitatis gra tiam ad abuſum inclinent:ne etiam de terſores fiant:aut ne oportunitatez ſa lutis ꝑmerende deſpiciant. Nempe ſi peccatis nulla debeť pena:adhuc plu rima vitia ꝓpter corporis ſanitatez ſunt vitanda. Uñ Sene.epiſto.xcix. Multos inquit morbos multa fercu la ferunt.et medicina quondam pau carum herbarum ſcientia fuit:ſz poſt modum mille inuente ſunt condiure vt auiditas caſtrimargie exercitari poſſet. Nam deſiderantibz alimenta: egritudines contingunt: nunc pallor: nunc neruorum vino madẽtium tre/ mor:nunc oculorum:nunc auriũ enor mitas:et innumerabilia fetorum one ra crapula gignit.quoniam ꝑpter cra pulaz multi obierũt.et qui abſtinens eſt adꝺiciet vitam.

Capituluz nonũ quomodo con iuges debent conuiuere in amicitia.

Apoſtolo dicit ad ephe.v. viri diligite vxores veſtras ſicut chriſtus eccleſiaz. Nẽ pe veteres in coniugio etiam vſqz ad mortem ſe amauerunt. Unde Uale. li.iiij.ca.vj. Narrat q̄.C.grachus cor nelliam ſuam vxorem in tantum di/ lexit q̄ pro ipſa a morte liberãda mo ri voluit:atqz ſeipſum interitu ſerpẽ tis occidi ſuſtinuit:quia ſibi aruſpex: ſeu diuinator dixerat vxorem ſuam a morte aliter liberare non poſſe. Item narrat ibidem:q̄.Q.plantius audita morte vxoris:doloris impotens pe/ ctus ſuum gladio percuſſit. Narrat etiam ibidem q̄.M.plantius cũ vxor ſua oreſtilla deceſſiſſet:funerata ea ꝛ in rogum impoſita inter officium vn gendi:et oſculandi diſtricto ferro in/ cubuit quem amici ſicut erat togatuz et calciatum corpori coniugis iunxe/ runt ac deinde ſubiectis facibus vi/ rumq̄z cremauerunt. Ecce quanta vi rorum dilectio Sed nunquit femine viros ſic amauerunt? Narrat eniz ibi dem Ualerius:q̄ cum Julia filia Ce ſaris vidiſſet veſtem ſui coniugis ſcz Pompei magni cruore conſperſam: ipſa territa metu:ne ſibi violentia fa cta fuiſſet:partum quem in vtero cõ ceptum hẽbat:prenimio dolore emit tere fuit coacta. Narrat inſuper ibidẽ Ualerius q̄ Porcia filia Catbonis cum vidiſſet virum ſuuz ſcilicet Bru tum interemptum:ferrum poſtulabat vt ſeipſam interficeret.et quia nõ da bať:ideo carbones ardentes ore hau rire nõ dubitauit:et nouo genere mor

tis consumpta est. Ibidem etiam de uxore Mitridati regis legitur q̄ virum suum in tantū amauit: q̄ seipsaz in habitū virilem trafformauit: tonsisq̄z capillis suum decorē ex toto aspre uit: vt suis coniugis periculis intereē posset. Unde cum Mitridatus a pō peio fuisset deuictus ipseq̄z fugeret: eius uxor semper insecuta fuit: suiq̄z viri persecutionem alleuiās: per omnia consolata fuit. Si igitur gentiles in coniugio tantam amicicia seruauerunt: nunquit fidelibus est oportunū vt amicicia in eis comperiatur? Nam prosperitatis amicicia mater est. Fedus enim coniugij et amore inchoatur: et amore manutenetur: non quidem amore voluptatis: sed gratifice societatis sub spe obtinende prolis. Unde Hugo li.j.de sacramentis parte.v.ca.vij.inquit: bonuz coniugij est vt spes prolis deuote expectetur: amanter suscipiatur: religiose nutriatur. Et ibidem ca.iij. Institutio inquit coniugij ante peccatum fuit ad officium vt natura multiplicaretur: sz post peccatum est ad officium et remediū ad officium: vt proles habeatur. et ad remedium vt vitium euitetur. Merito igitur apostolus primo ad corinth. vij. dicebat: qui habēt uxores: sint tāq̄ non habentes: quia scilicet non libido sed proles querenda est. Unde Hiero. contra Jouinianum. Uir inqt ideo debet amare uxorem: vt non feratur ad voluptatis impetuz: quia nihil fedius est: q̄ uxorem diligere sicut adulteram. Et narrat ibidem de quodam qui uxorem suam tantum diligebat: q̄ eius presentia carere non poterat. Et ideo dicit Hiero. Origo a moris honesta: sed magnitudo differmis. quasi diceret: q̄ coniugium honestuz est: sed talis amor vilis est. Cō memoremus enim veterum castitatē Narrat enim vegetius li.ij.de continentia Alexandri: q̄ cum fuisset ei oblata virgo pulcherrima: cuidam tamē principi desponsata: illam non aspexit sed cum donis ad virum suum remisit: et exinde omnes principes sibi reconciliauit. Simile etiam narrat Ualerius de Scipione li.iiij.ca.iij. vt dictum est. Insuper idem Ualerius narrat de Xenocrate philosopho: q̄ cuz apud athenienses esset pulcherrima puella nobiliuz vsui deputata: sibi nobiles iuuenes promiserunt preciuz argenti dare: si posset corrumpere continentiam Xenocratis. At illa promisit et si non posset: precium duplicatum restituere consensit. Nocte igitur ad Xenocratez accessit: quem mutare nō potuit. Mane igitur nunciauit: et nobilibus potentibus ꝓmissum respondit: non inquit de statua pignus posueram: sed de homine. quasi diceret q̄ Xenocrates ratione sue immobilitatis erat quasi statua.

Capitulum decimum de fidelitate coniugum.

Este Hugone de sacramētis libro primo parte.v. ca.vij. Quilibet corū sz coniugum debet tenere fidem alteri firmiter. vir enim non habet potestatem sui corporis: sed mulier: et econtra: vt etiā habetur.j.ad corinth.vij.

Unde Ambro. in suo exameron nolite querere viri alienū thorum. nolite insidiari aliene copule: quia graue peccatum est adulteriū. Nam deus Euā fecit de costa Ade: atq3 iussit ambos esse in vno corpore: et in vno spiritu viuere. Cur igitur vnum corpus separas? cur vnum spiritu3 diuidis? Adulterium si quidem nature vitium est. Nam bos et equus suos compares diligunt. Tradit enim Alexan. nequā li. de naturis rerum: q̄ ciconia abhorret adulterium. Unde si femella altera ciconie iuncta fuerit: tunc suus cōparconuocatis multis alijs ciconijs: ciconiam adulteram interimit. Et narrat ibidem exemplum quomodo miles quidam ciconiam adulterante3 viderat: sed ad suum comparem redies se lauabat. miles tamen impediuit ne post adulterium se lauare posset. ita q3 multis aduenientibus ciconijs ipo vidente: ciconia adulterata interempta fuit. Ecce ergo patet q̄ natura fidelitatem coniugij postulat. Nempe quondam inter coniuges maxima fidelitas viguit. Narrat enim Vale. li. vj. capi. vij. q̄ cum sulpicia a matre sua Julia diligētissime custodiretur: ne virum suum lentulum proscriptu3 a triumuiris in siciliam prosequertur ipsa tamē simulata veste cum duabz ancillis: et totidem seruis clandesti/ ne fugiens: ad suum virum peruenit nec recusauit seipsam proscribere: vt ei fides sua in coniuge proscripto cōstaret. Narrat insuper ibidez: q̄ turia Q. lucresium virum suum triūuiris proscriptum inter cameram et tectum cubiculi abditum vna conscia ancillula ab imminenti exitio non sine magno periculo suo tutum prestitit. singulari q3 fide id egit: vt cum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis et animi cruciatus vix euaderent: ille in cubiculo: et coniugis sinu salutem retineret. Itez narrat Solinus li. x. ca. vi. Et etiam Tul. li. v. de tuscula. questionibus. q̄ in india licet plures mulieres virum habeant vnum: est tamen tanta fidelitas ipsarum ad virum: q̄ viro mor/ tuo coraz iudicibus accedunt: atq3 cō tendunt que ipsarum cum viro spelī Illaq3 felicioꝛem esse se putat: que cū viro spelīri meretur. Alie vero cum nota infamie viuūt. et pre tristicia frequenter decedunt. Si igitur vni viro plures femine sunt tam fideles: nun/ quid igitur per amplius in religione christiana vna debet esse vni fidelis et econuerso.

Capitulū vndecimū quomodo coniugia legitime sunt contrahenda.

Quoniam vt ait magister sententiarū li. iiij. di. xxvij. Matrimonium est legitima cōiunctio maris et femine: vnionem christi: et ecclesie repꝛesentās. qꝛ scilicet in christo omnia matrimonia firmari debent. Unde Vale. li. vij. capitulo. ij. Narrat quomodo themisto des quēdam virum filiam vnicaz habentem consulebat qualiter eam deponsare deberet: scilicet vtrū aut pauperi aut locupleti: seu virtuoso. Unde dicebat: malo inquit virum pecunia q̄ pecuniaz viro indigentem. quasi di

t. ij.

ceret:ꝙ preferende sunt virtutes vi/
tijs.sed nunc matrimonia omnia fe
re corrupta sunt et per auaritiam per
uertuntur.et ideo posuit legez Ligur
gus rex:ꝙ virgines sine dote despon
sarentur:sicut narrat Pompeio li.iij.
¶ Quedam enim matrimonia per con
cupiscentiaz contaminantur.cuius op
positum de Jsaac legimus.qui vxorē
incognitam de remotis partibus ad/
ductam accepit:vt habetur gen̄.xxv.
¶ Sic enim non per concupiscentiam
vxor assumenda est:vt honorabile sit
cōiugium et thorus immaculatus ab
hebre.xiij. ¶ Sed aliqui fornicationi
bus et adulterijs vacantes:matrimo
nia dissuadent contra quos loquitur
August.ij.de ciui.dei capi.xvij.dicēs
ꝙ matrimonium fit inter homines:
vt honesta concordia inter eos habe
atur.Unde omelia.viij.dicit August.
ꝙ deus nuptijs interfuit:prescięs he
rericos futuros matrimonia prohi/
bentes. Sed quid dicemus:ꝙ multi
sapientes vxorem ducere dissuaserūt
Unō Ualerius vbi supra narrat:qua
liter Socrates cuidam adolescentu/
lo querenti vtrum vxorem duceret:
respondit:quodcūqz enim feceris no
ueris te penitentiam acturum. Nam
continere carni penosum est et vxo/
rem ducere: sollicitudo est perpetua
¶ Item Theofrastus libro suo de nup
cijs matrimonium dissuadet ¶ Unde
querit an sapiens debeat vxorem du
cere:Et concludit ꝙ non.quia impe/
dit studia philosphie.et sumptus exi
git:variaqz onera.Et vxori si domuz
regendam commiseris:seruus eris.si
autem tuo arbitrio aliquid reseruaue
ris fidem sibi habere non putabit.et
sic iurgia queret:z venena diffundet
¶ Et subdit:si pulchra:cito adamabit:
et difficulter custoditur.si autez feda
molestuz est possidere quod nemo ha
bere dignatur. Ex quibus omnibus
matrimoniū dissuadet dicens:ꝙ mul
te sunt molestie nuptiarum.Ceterum
narrat Hiero.contra Jouiniaum quo
modo Cicero rogatus fuit ab Jrcio
vt vxorem suam duceret: ille autem
respondit se non posse vxori et phi/
losophie operam dare. His autez nō
obstantibus: matrimonia licite sunt
contrahenda licet castitas sit pre ho/
noranda.et licet viris studiosis: et vi
ris ecclesiasticis matrimonia non cō
petant prout predicte narrationes cō
cludunt:nichilominus alijs secular/
ter viuentibus licite matrimonia con
gruunt. Unde primo corinth.vij.Vir
go cogitat que dei sunt que autez nup
ta est:cogitat que sunt mundi.Aduer
tendum tamen ꝙ in ducendo vxorez
atqz manutenendo:multa exigitur pa
cientia:atqz cautela. Narrat enim Hie
ro.vbi supra:ꝙ Socrates vxores du
as habebat: que cum crebro inter se
iurgarentur: et ille eas irridere esset
solitus:ꝙ propter se fedissimuz ho/
minem:simis naribus:recalua fronte
pilosis humeris et repandis cruribꝫ
disceptarent: nouissime verterunt in
eum impetum.Cumqz autem resiste
ret:aquam immūdam super ipsum ꝓ
fecerunt.qui terso capite respōdit:sci
ebam inquit post hec tonitrua futura
erat pluuia. Item per pacientiam vxo
res superauit. ¶ Nempe in vxoribus
plures sunt importunitates.qua ꝓpt̄

prudentia in talibus magna exigitur Narrat enim Hieronimus vbi supra q̄ Marcus catho licet vxorem humill loco natam accepisset:ipsa tamē violenta:importuna et superba erat et concludit:non putet igitur aliquis si pauperem duxerit:sibi de concordia satis prouidisse. Item ibidem narrat:qualiter ꝓbilippus rex macedonum vxorem habuit:que ipsum in cubiculum introeuntem exclusit.qui exclusus iniuriam tollerauit:atq; versu tragedico seipsum consolari studuit Item Gorgias librū de concordia edidit.quem grecis litigantibz recitauit sed cum recitaret: quidam eius inimicus dictus Melancius respondit:tu inquit vnius regni concordiam precipis:et in tua domo tres personas cō cordare non vales.quia vxor eius eo q̄ castus erat:sibi iniuriabatur: et ancille quia pulchrior erat inimicabatur et exinde forsan orta est consuetudo: q̄ scilicet ꝑ quiete habenda: vxores nolunt ancillas eis pulchriores tenere. Ex his omnibus concludit Hiero. q̄ importunitates sunt maxime matrimonij. Unde ibidem recitat: q̄ licet Epicurus voluptatis amator esset cuidam tamen interroganti an vxorem duceret:respondit:q̄ sapienti nō congruit coniugium:quia multa incōmoda mixta sunt in nuptijs . Et subdit. graue inquit est viro sapienti venire in dubium:vtrum bonaz vel malam vxorem ducturus sit. quia sicut scribit Herodotus:mulier cum veste deponit verecundiam .Unde Hiero. ibidem narrat: quomodo Melancio vxorem licet castam repudiauit. et cū arguceretur ab amicis pedem a lecto tanq̄ lesus esset deposuit dicens:lectus inq̄ quem cernis nouus et elegans est.sed nemo scit preter me vbi me premit: quasi diceret:q̄ sic est de vxore. Licet igitur commendāda sint legitima matrimonia:caute tamē sūt contrahenda.

Capitulus duodecimū de parentibus erga filios.

Sicut dicitur octauo ethi. pater filio causa est essendi:causa nutriendi: et causa disciplīne. Unde ecclesiastici.vij.si filij tibi sunt:erudi illos. Et prouer. xxiij. Nolite substrahere a puero disciplinam. Ideo apostolus ad hebre. xij.Quis inquit filius quem non corripit pater? Nempe veteres suos filios eruderunt. Unde ꝓlicratus li. vj.capi.iiij. Narrat qualiter Octouianus imperator filios suos ad gradus militarem:et cursum et saltum fecit exercitari:suasq; filias in lanificio fecit instrui:vt si fortuna suos filios:ac liberos suppeditaret: saltem suis laboribus viuere possent. Insuper Tulius primo de tuscu.questio. Narrat qualiter Ligurgus suis laboribus iuuenes erudiuit:venādo currendo:esuriendo:sitiendo:algendo:estuando. Nam qui bene instruuntur in tenera etate:quando prouecti sunt:de facili ad bona inclinantur:vt ponit Sene. li.iij.de ira. Idem etiam libro de prouidentia dat exempla dicens:quomodo nautis corpora in mari sunt dura. similiter agricole habent manus ducti.iij.

ras:et milites agilia membra:et hu/
iusmodi que omnia contingunt vsu:
et exercitio acquiruntur:et signanter
si iuuenes imbuantur. Ideo apostо/
lus ad ephe.vj.dicebat:educate illos
scz filios in disciplina:et correptione
dñi. Nunquit Brutus proprios filios
fecit cedi:eo q tarquino dñatione re
sistere pretendebant:vt narrat Vale.
li.v.capi.viij. Nũquit Lassius et mãl
lius torquato aliisqz plures filios cor
rexerunt. Cur igitur patres filiorũ cri
mina supportant? Narrat enim Au/
gust.v.de ciui.dei capi.xviij. Quali/
ter Aulus filium suum mortis suppli
cio cõdemnauit:eo q cum catilina imi
co suo amicitiam contraxit. Ho
rum tamen feritas non est approban
da.quia licet filios corripere bonum
sit: exterminare tamen sepius non li
cet.quia tunc paternalis disciplina ꝓ
dest:quando clementia adest. Unde
Vale.li.v.capi.ix. Narrat de quodaz
cui suus filius insidiabatur. qui cum
hoc percepisset:filium suum in deser
tum duxit:sibiqz gladium tradidit et
caput amputandum obtulit.quod cũ
vidisset filius gladium abiecit dicẽs:
tu pater viue:sed tantuz queso ne me
us erga te amor eo sit tibi vilior:q a
penitentia oritur. Ecce qualiter patris
dulcedo filium conuertit. Eodem li.
capi.vij. Narrat:Anthiochus filiꝰ se
leuci regis incidit in amorem gauis
simum sue nouerce:in tantum q mor
ti proximus erat. Cum igitur medici
perpendissent causam morbi:patri re
tulerunt:quod audiens pater:propri
am coniugem filio concessit dicens:
in filio magnum pudorem fuisse: eo
q vsqz ad mortem amorem dissimu/
lauerat. Seueritas ergo parentum er
ga filios quandoqz bona non est:sed
correctio cum clementia semper vti/
lis est. Nunc tamen parentes filios
corrigere pretermittunt.et ideo quan
do sperant ex eorum operibus letari
tunc desolantur. Attendant enī qua
liter Heli a deo punitus fuit:eo q fi
lios suos corrigere pretermiserat:vt
dicitur.j.regum.iij. Unde Grego.in
dialogo li.iiij.capi.xvij. Narrat de pu
ero qui consueuerat deum blasphe/
mare: patre permittente. et ideo in si
nu patris a demone percussus est:et ĩ
teremptus. Insuper Boetius libro ꝺ
disciplina scholarium narrat de filio
Lucretij qui fuit absqz disciplina nu
tritus . Unde in alcis et meretricijs
operibus totam vitam suam occupa/
uit.et a patre sepius de morte redẽp
tus fuit. nihilominus tandem morti
condemnatus est.nec a patre propter
pecuniam redimi potuit.cum lacrimis
igitur a patre osculum petijt.et cũ pa
ter accessisset:nasum illius morsu a/
cutissimo secuit dicẽs: quare meis pri
mis erroribus non obuisisti: sed inca
stigatus quasi:magistri mei documen
tis nõ obediui? quasi dicat: quare me
non castigasti. Unde Tul j.de offi.
dicit:q optima hereditas a patre tra
ditur quando virtutum et bonorum
morum exemplum exibetur. Sic igi/
tur aquila valde diligit filios suos:et
in locis altissimis facit eis nidum: ne
coluber violet fetuz:aut veneno que
at nocere. sic pater suos filios a con/
sortio peccatorum debet separare:ne
ipsorum exemplo polluantur. Hoc enī

exemplum tangit Hierony. super isa. ca. vlt. Sicut igitur in nidis aquilarū reperitur lapis preciosus qui dicitur berices: vt ponit solinus li. viij. ca. vi. Sic in vita filiorum virtutes reperiū tur: dummodo nidus eorum ab istis inferioribus separetur. Tunc enim se paratur nidus: quando in iuuentute mala prauaq3 consortia vitare filius docetur.

Capitulum tredecimum: de filijs erga parentes.

Exodi. xx. dicitur: honora patrem tuum: et matrem tuam. quod est mandatuz primum in promissione: vt bene sit tibi. Unde apostolus ad ephe. v. Filij obedite parentibus vestris. Quia teste Boetio li. de consolatione. Si mē ti humane inserta est boni veriq3 cupiditas: tanto magis insertum est parentes suos filios honorare: quia scili cet filij debent honorare parentes. Ualerius enim libro. v. ca. iiij. narrat: de quadam filia que matrem suā in carcere nutriuit lacte mamillarum suarum. Item de alia narrat ibidez que patrem suum in custodia traditū atq3 in vltima etate constitutum: tanq3 infantem alimonia sui pectoris nutriuit. Insuper Solinus libro primo circa finem narrat: de filia que inuenta est nutriens ab yberibus patrem et in memoriaz tanti preconij locus ille consecratus et reseruatus est. Posco igitur cū Seneca iij. de beneficijs ca. xvi. vt filij parentes honorent. Inquiramus tamen an liberi possint dare maiora beneficia parētibus q3 acceperint. Et videtur q3 non. quia teste Aristo. Magistris et parentibus nō possumus reddere equiualens. Hoc quidem etiam concludit Seneca vbi supra. Unde ibidem narrat exemplum de Scipione qui patrem suum in prelio seruauit. Et ca. xxiij. ponit exemplum de Enea qui patrem suum sessimum: per medium inimicorum: atq3 ignium detulit. Narrat etiam de quibusdam iuuenibus qui per vrbes vagarunt ad liberandos parentes. Merito igitur dicitur ecclesia. iij. Qui honorat patrem suum: vita viuet longiori. Et ibidem: qui honorificat matrem suam: et qui honorat patrem suum: iocundabitur in filijs: et in die orationis sue exaudietur. Narratur in historia Barlaam et Josphat q3 quidā paterfamilias de vxore sua adultera tres habere filios videbatur: sueq3 vxori improperabat adulterium dicens: q3 illorum trium filiorum3 vnus tantummodo suus erat. sz qui esset: declarare nolebat. Cumq3 mortuus fuisset: filium suum legitimum successorem bonorum suorum dimisit ipsum tamen non nominauit. ad iudicium ergo vocati sunt vt videretur quis ille essz. iudex igitur protulit sententiam: vt qui fortius percuteret in corpore patris mortui cum sagitta: ille obtineret hereditatem. duo ergo illorum cum sagitta corpus patris valuissime penetrauerunt. sed accedens tertius percutere noluit. sed cum lachrymis corpus patris veneratq3 fuit et ideo verus esse filius declaratus ē Unde Vale. li. v. capi. iiij. dicit. q3 dili

gere parentes pⁱma lex nature eſt.
Unde petrus rauēna:tolle iquit a ſo
le radium:et non lucet:riuum a fon/
te:et areſcit.ramum ab arbore: et de
ſiccatur.membrū a corpore:et putref
cit:ſic ſepara filiū a deuotiōe pater
na:et iam non eſt filius:ſed eſt col/
lega illorum de quibꝫ dicitur:vos ex
patre diabolo eſtis.Nūquid Ambro.
in ſuo exameron narrat: qualiter ci/
coniē parentes ſuos nudatos tegunt
illos fouent:et alimento paſcunt et in
leuatu ſubleuant. Et concludit Am/
bro. non eſt inquit graue quod pieta
te plenum eſt. nec eſt oneroſum: qđ
[illegible] debito. Joco non re/
cuſant aues patrem pascere:et tamen
ad hoc lex ſcripta non aſtringit eas:
nec hoc accipiunt ex precepto:ſed gra
tie naturalis officio.Hec ille. Uñ Au
guſt.xxij.đ ci.ca.viij.Narrat qualiter
filij a matre maledicti membrorū tre
morem incurrerunt:et in eccleſia bea
ti ſtephani ſanati fuerunt.Commemo
randum eſt enim qualiter ſaluator no
ſter parentibus obediuit.Juxta illud
Luce,ij.erat autem ſubditus illis. O
q̄ mirabile:q̄ deus ſubditus eſt hoī
bus:qui tamen angelis dominatur.ſed
non mirum:quoniam teſte apoſto.ad
philip.ij.Humiliauit ſemetipſum:factꝰ
obediens vſqꝫ ad mortem. Attenda
mus igitur qualiter rechabite a domi
no laudati fuerūt:quia patri ſuo obe
dierunt:ſcz ipſi Jonadab filio rechab
a quo rechabite dicti ſunt.Unđ Jere.
xxxv.Nūquid nō recipietis diſciplinā
vt obedietis verbis meis prevalue/
runt ſermones ionadab filij rechab:
qui precepit filijs ſuis vt non biberēt
vinum:et non biberunt vſqꝫ ad diez
hanc.quia obediuerunt precepto pⁱris
ſui.Ego autem locutus ſum ad vos ⁊
non obediſtis mihi:dicit dominꝰ. Fi
lios igitur decet parentibus obedire

Capitulum.xiiij. de obedientia filiorum erga parentes.

Parentibus poſt deum ma
xime obedire tenemur. q⁹
exo.xx.dicit̄: honora pa/
trem et matrem ⁊c̄. Et eccle.iij.Qui
honorat patrem ſuum:vita viuet lon
giori.Et ad epbe.v. Filij obedite pa
rentibus veſtris. Idem habetur ad
colocen.iij. Nempe deſiderāda eſt pa
tris benedictio:et timenda eſt matris
maledictio.Unde narrat Auguſt.xxij
de ci.ca.viij.q⁹ fuerūt.x. fratres quo
rum ſeptem erant maſculi:et tres fe
mine.ꝓpter maledictionez matris:pu
niti fuerunt tremore membrorum hor
ribili quorum duo ſcz vnus fratrum
et vna ſororum ſanati fuerunt in ec/
cleſia beati ſtephani.Timenda eſt igi
tur parentum maledictio. Nempe te
ſte Uale.li.v.ca.iiij.Prima lex nature
eſt parētes diligere.Uñ narrat ibidē
de quadaꝫ filia que matrē in carcere
condemnatā ꝓ capitali crimīe:ſuo la
cte nutriuit.nā qui carcerē cuſtodie/
bat:filiam matre adire permittebat
preuidebat tñ ne cibum ſibi portaret
Cūqꝫ tñ cuſtos miraret̄ quō abſqꝫ ci
bo mater incarcerata tamdiu viueret
vice quadam filiam exploravit et vi/
dit qualiter ſuo matri lac exibebat.
Retulit igitur iudicibꝫ.qui audientes
tantam filie pietatem ſue matri penā

remiſerũt. Unde Uale. vbi ſupra narrat de filio creſi: qui mutus erat. cum tamen vnus ex numero perſarum patrem ſuum interficere vellet: lugebat ille eo q̃ dicere non poterat q̃ pater ſuus rex erat: ne ipſum interficerent. Accidit igitur vt qui mutus fuerat: loqui promereretur ratione pietatis quã erga patrez habuerat. Prima inquit Uale. et optima rerum natura pietatis eſt magiſtra. Unde ibidẽ narrat: qualiter populi ſcithariũ cum dario in eorum regionem totis viribꝰ regni ſui impetum faceret: ipſi paulatim cedentes ad vltimas aſie ſolitudines peruenerãt. et interrogati dein de a dario per legatos quem finez fugiendi aut quod initium pugnandi facturi eſſent: reſponderũt ſe nec vrbes vllas: nec agros cultos pro quibus dimicarent habere. Ceteruz cum ad monumenta parentum ſuorum veniſſent darium ſcituruz quemadmodũ ſcithe preliari ſolerent. quo quidem vno tazpio dictu: immanis: et barbara gens ab omni ſeueritatis diſcrimine redemit. Narrat inſuper de coriolano: qui exulatus a romanis ad volſcos romanorum inimicos iuit. quorum imperiũ acquiſiuit. z romanis infeſtiſſimꝰ fuit cum quibus federari nullis precibus valuit. quod vidẽs eius mater que rome manebat: acceſſit cum filijs. quaz ſupplicantem exaudiuit: atqz caſtra q̃ poſſidebat matri petenti exhibuit dicens: expugnaſti et viciſti iram meaz patria: precibus huius admotis: cuiꝰ vtero te q̃uis merito mihi inuiſam dono continuoqz agrum romanuz boſtilibus armis liberauit. Ex his igitur narrationibus patet qualiter filij parentes tueri tenentur. Ad qõ propoſitum Sene. iij. de benefi. ca. xvi. querit: an liberi ſuis parentibus ad condignũ que ſuſceperũt beneficia: bene reddere poſſint. et declarãs hanc queſtionem: concludere videtur: q̃ non ẽ poſſibile. Unde ponit exempla de ſcipione: de enea. de quibus in precedenti ca. Etenim natura vnuzquẽqz obligat: vt parentes tueatur. Nam vt ponit Ambro. in ſuo exameron omelia v. Liconie ſunt huius conditionis ꝛc̃. ſicut prefertur in alio capitulo.

Capitulum decimum quintum de mulieribus.

Omiꝰ naturaliter in muliere verecũdiaz poſuit: ut ipſa ad peccatum prouocare formidet: viroqz famuletur condita eſt. non quidem vt ſibi inſidietur. ipſe tamen ſui ſtatus neglecto more: fictis blandimentis: adulationibus: et nutibus virorum excidium procurant. et ſcandalum ignominioſum iugiter gignere ſollicitantur. Unde Hieronymus. epi. xviij. loquitur: illi oculos xp̃ianos ſcandaliſant: qui ſpurciſſimo vnguento faciem vngunt: oculoſqz depingũt quorum facies nimio candore deformes ſunt: et tanq̃ idola mentiuntur. Ipſas enim nec annorũ numerus: nec alia vetuſtas docere poteſt: q̃ vetule ſint. et capillos cum perviderint: alienis capillis verticem ornãt: ac preteritam iuuentutem in rugis anilibus polluunt. Erubeſcat igitur mulier chriſtiana: ſi naturam cogat in decorem:

si carnis curaz facit in concupiscentiis
O ignis iuuenum fomenta libidinuz
impudiceqz mentis excidium est orna
tus iste. Nec est velamē christi: sed an
tichristi vt ideꝝ hiero. epistola. xciiij.
Unde Ambro. in suo exameron vlti/
ma omelia: noli delere picturam dei:
et assumere picturaz meretricis. Illa
pictura vitij est: non decoris. fraudis
nō simplicitatis. fallit: decipit: vt ne/
qz illi placeas: cui placere desideras:
tuoqz displices actori: dum videt op⁹
suum deletum. Nam artifex indigna
tur si opus suum deleatur. Graue igi
tur crim[illegible] est: vt putes qz melius de
[illegible] s. Unde Guil. pa
risiensis li. de vniuers[illegible] arrat de qua
daz muliere que dum insisteret pecti
nationi: atqz curiositati ca[illegible]orum: a
lia quedam mulier sibi ap[illegible]ruit di/
cens: qz maximuz cruciatū tollerabat
quia huiusmodi curiositati dum viue
ret insistebat. Non igitur in talibus:
sed in virtutibus crescere debent: vt
[illegible]omine perpetuo hereditari possint
[illegible]bent esse caste sobrie: et tacturne
Unde Uale. li. ij. ca. j. Narrat: qz muli
eribus olim vsus vini ignotus fuit: ne
in aliud dedecus laberentur. Unde ec
clesiastici. xxvj. Mulier ebriosa: ira
magna: et cōtumelia: z turpitudo eiz
non tegetur. Nunc tamen illud Sene.
episto. xcix. verificatur dicentis mulie
res non minus viris potant: quīm/
mo oleo et mero viros prouocant: sui
qz sexus beneficium suis veneficijs
prodiderunt. et quod feminarum est:
exuerunt: moribusqz virilibus impli/
cate sunt. Quāobrem Uale. li. ij. ca. j.
dicit: qz ab excessibus cauere debent

quia ventrem plenum sequitur vo/
luptas. Ioco teste hiero. epi. xxxvij.
Uiri antiquitus cauebant ne vinum
biberent. Unde Uale. li. vi. capi. iij.
Narrat: qz regnatus metellus vxo/
rem fuste percussam interemit: eo qz
vinum bibisset, nec tamen exinde re/
prehensus fuit: quia iustum oīs esti
mabant illam debere violenter mori
que sobrietatem debitam violauerat
Unde August. ix. confess. Narrat quo
modo decrepita quedam mulier suaz
filiam adhuc puellam regebat cū ma
ximo moderamine vt sobrietatis im
posterum consuetudo sibi maneret.
Et ibidem quomodo cum mater sua
quadam vice a moderamine solito re
cessisset: eius ancilla eam redarguit:
et eam meribibulam vocauit. quo au
dito stimulo percussa suam feditatez
respexit: et exinde abstinuit. Animad
uertant igitur mulieres: vt sobrieta/
te floreant et exinde pudicicia: que ip
sis congruit: polleant. Unde ecclesia.
xxvj. Sicut sol oriens in mundo in al
tissimis dei est principium: sic mulie/
ris bone species in ornamentis do/
mus sue. quoniam gratia super gra/
tiam mulier sancta: z pudorata: vt ibi
dem dicitur. Attendamus enim q̄sto
affectu veteres castitatem amauerunt
Nam gradus maximus abusionis ē:
femina sine pudicicia. Unde sicut pru
dentia custodit virum: sic pudicicia fe
minam. Narrat enim Ualerius li. vj.
capi. pr̄o. de pluribus mulieribz que
maluerunt perdere vitam: q̄z pudici/
ciam. Unde greca quedaz femina hip
po nomine: cum hostium classe esset
excepta: in mare se vt morte pudicici

am tueretur:abiecit. Et ideo apō gre
cos laudibus et sepulchro extolli me
ruit. ¶Narrat insuper de quodam qui
filiam suam interfecit: eo q̄ appius
claudius violenter ad stuprum ipsaz
inducere volebat. Malebat enim pu
dice filie esse interēptor:q̄ pater cor
rupte. Unde Ambro.de virginitate
ca.iij. Narrat de pelagia:que cum eēt
apud anthiochum etatis.xv.annorū
et predonibus circūseptam se vide
ret:matre absente suisq̄ sociabus in
aquaz se proiecit:mallens moriq̄ vio
lari. Et licet non deceat pro pudicicia
seipsum interimere:nihilominus lau
dandi sunt veteres in hoc:q̄ pudici
ciam tantum amauerunt. Tradit enim
Augusti li.j.de ciui.dei capi.xvi.q̄ pu
dicicia est virtus mentis:que non po
test inuite auferri. Si ergo corpꝰ vio
lenter contaminetur:nihilominus pu
dicicia manet dummodo mēs integra
fuerit. ¶Pro pudicicia igitur predicte
mulieres seipsas interficere non debe
bant:nisi forte inspirate hoc fecerint
prout tangit Augusti.vbi supra capi.
xxv. Unde sic ait de feminis que in flu
mine se precipitauerunt.aut ꝫ fecerūt
humanitus decepte et sic errauerunt
aut diuinitus inspirate:et sic obedie
runt. quicquid sit tamen:in hoc com
mendabiles fuerunt:q̄ pudiciciam di
lexerunt. ¶Animaduertendum etiam
q̄to zelo pagani pudiciciam seruaue
runt. Narrat enim Solinus libro vij.
capi.xv.q̄ in india quedam est regio
in qua nulla libido inuenitur.atqz pe
stulentiam esse ignorant homines. ita
qz nulla sunt coniugia.nulliqz homi
nes ibi nascuntur.et tamen ibidez plu
rimi homines commorantur. nullus
tamē ibi admittitur:nisi castitatis me
ritum prosequatur.et castitatem si qs
non seruauerit:a predicta regione sub
mouetur.atqz perpetuo exilio datur.
Insuper Ualerius libro vj.ca. primo
¶Narrat quō primenius tristi exemplo
filie sue precepit:q̄ non solum virgi
nitatem illibataz:sed etiam oscula sin
cera ad virum perferre debet. Lete
rum Hierony.contra Iouinianum re
citat:qualiter Hullius vxorem tante
continentie duxit vt omnibus conti
nentibus esset exemplum [illegible] it ig
tur q̄ is iam sen[illegible]t[illegible]nti
re in quodaz [illegible]rgio audiuit expro
ri sibi q̄ os fetidum haberet:quo au
dito ad [illegible]em accessit ipsam redar
guens:cui [illegible]noi hoc non intimasset.q̄
respondit.feciſſem inquit nisi putas
sem omnibus viris sic os olere. Ec
ce quanta pudicicia mulieris:que nū
q̄ alterius viri flatum sensit.

¶Capitulum decimumsextum de virginibus.

Virginitas nomen honora
bile est:status mundus vi
ta quoqz virginea: ange
los imitatur. Unde virginitatis exē
plum ab antiquis suscepimus.quoni
am plures secundum carnem viuere
in tantum contempserunt:q̄ malue
runt mori: q̄ obedire carni. ¶Un
de in libello qui intitulatur de vir

ginibꝫ legitur: ꝙ apud romanos virgines que ſecꝫ carnẽ viuere cõtẽpſerãt: maxie reputatõis apꝫ eos extiterãt. Unde ibidem narratur de quibuſdaꝫ filiabus: quarum mater dicta fuit cedaſa: que cum abſente patre duos iuuenes pretereuntes iure hoſpilitatis ſuſcepiſſet: ipſi quoqꝫ iuuenes honorẽ filiarum non indulſerunt: ſed dictis filiabus virginibus nocte violentiam intulerunt: quamobrem predicte virgines mutuis mucronibꝫ ſeu gladiis ſe conciderunt. Narratur inſuper ꝙ Thebana virgo quã hoſtis macedo[illegible] liçtulꝫ diſſimulauit vi[illegible]: ſil[illegible]te [illegible]latorem. nihilominus tandem ſuum v[illegible]latorem iugulauit. et mox gladio ſeipſam interfecit. nolens perdita virgi[illegible]te ducere vitam. Quid exempla iſta deſignãt niſi ꝙ carni non eſt aſſentiendum? quĩ Immo melius foret a preſenti vita migrare: cũ in deſideriis carnalibus vitam ducere. Ideo apoſtolus ad ro. dicebat: qui in carne ſunt deo pla[illegible] non poſſunt. Et Hala. v. Spiritu ambulate: et deſideria carnis non perficietis. Unde Auguſt. viuentes in carne preter carnem angelos vocat libro ſuo de ſancta virginitate dicens. Sicut familiam angelorum deus habet in celis: ſic etiam familiam virginum voluit habere in terris. Illi enim angeli ſunt: qui non ſecundum carnẽ viuunt. Ideo Hieronimus ad cuſtochium dicit. Statim vt dei filius ingreſſus eſt ſuper terram: nouam familiam ſibi elegit. vt qui ab angelis adorabatur in celis: haberet etiam angelos ſcilicet virgines in terris. Quapter Auguſt. de doctrina chriſtiana libro iiij. dicit: ꝙ virgines ſunt illuſtrior portio gregis chriſti. Iſti enim virgines dici poſſunt qui non ſecundum carnem viuunt: ſed qui carnem ſpiritui ſubiiciunt. Unde. ij. corinth. x. In carne ambulantes: non ſecundum carnem militamus. Quid enim prodeſt viro ſeu femine: ſi ſua voluptate eam puritatem tollat: per quam reginam celorum imitatur ſcilicet mariam? Laudabilis ẽ igitur virginitas ſed nec ſufficit ipſa: niſi bonis operibus illuſtretur. Nam in euangelio virgines quinq; fatue leguntur. et ideo ex ſua virginitate introitum ad ianuam celeſtem meruiſſe non creduntur. Pulchrum ẽ ergo ſi virgo ſis. ſed multopulchrius ſi cum virginitate operibus floreas ſacris: nunc orationi: nunc meditationi mentem ſedule exponendo. Nam teſte Heron. ad euſtochium. Uirgo debet eſſe orationibus ſacris virtuoſiq; laboribꝫ occupata. Et epi. lxxxvij. ad Demetrium ſic dicebat. Debet inquit virgo eſſe quieta: honeſtaq; ſocietate commitata: non vaga diſcurrẽs per patrias. exemplo marie: quam inuenit angelus in cubiculo. Sit autem ſermo virginis prudens modeſtus: et rarus. non eloquentia: ſed pudore precioſus. ſit humilis geſtu: quia per humilitatem placuit deo virgo maria.

Nam virginitas ſine hac minus laudanda eſt. quia teſte Ambro. libro de virginitate. Uirginitas ſupergreditur nature humane conditionem per quam homines angelis aſſimilantur. Unde apoſtolus. j. corinth. vij. Uirgo cogitat que domini ſunt: vt ſit ſancta

corpore et spiritu. Hieron. alloquēs matrem de institutione filie: epistola lxxxix. dicebat. reddat inquit tibi quotidie pensum de scripturarum floribus et post assuescat ad orationes: et psalmos. nocte consurgere: mane canere hymnos. Et sequitur discat lanam facere. tenere colum. rotare filum et tenere fusum. et similia. Nam virginitas in talibus conseruatur. Nam vt idem dicit ad Eustochium: virginitas thesaurus est irrecuperabilis. Caueas igitur ne de te dicat deus: virgo cecidit et non est qui suscitet. et cum omnia deus possit suscitare: tamen virginem non potest. Si igitur ad thesaurum recuperabilem custodiendū solliciti sūt homines: potius de virginitate seruāda solliciti esse debēt. Non igitur discurrant. quoniam teste Grego. omelia xij. Depredari desiderat: qui thesaurum in via publice portat. Solitarie ergo maneant: quoniam sicut dicitur ¶ Job. xxxiiij. Per noctem adulteri oculos: quasi fur obseruat caliginem.

¶ Nempe olim virgines sollicitam sue virginitatis custodiam habuerunt.

¶ Unā Ambro. li. ij. de virginitate narrat: de quadam virgine que fuit anthiochie. cuius pulchritudo appetebatur Unde violenter ad lupanar introducta fuit. que cum ibi fuisset: flebat et orabat dicens. domine qui dedisti virginibus leones domare: nunc da mihi vt mentes hominum domare possim ne violetur exiguum templum tuum. ne etiam patiaris incestum. Cū igitur orationem compleuisset ecce miles introiuit. Ne inquit timeas quoniam superueni saluare animam tuam. mutemus [illegible]st vestimēta: vt tua ve[illegible]me [illegible]at verum militem. Unde sic factum est: vt virgo vestem militis accepit: et sic euasit. et miles loco eius cum veste muliebri ibi remansit. Cum igitur alius ingrederetur: et [illegible]o puelle virum inuenisset: alijs nunciauit. et loco virginis miles condemnatus fuit ad mortem. quod cum audisset puella: festinanter cucurrit ad locum supplicij: que pro ipso morti cō tendebat. et econuerso miles pro ea. ¶ Itaq; ambo contenderunt. et martyrij palmam susceperūt. Insuper Ambro. libro. iij. ¶ Narrat: qual[illegible]ate[illegible]zotic[illegible]s: cum es[illegible]ia: debat suaz fa[illegible]m martirio redari ne temptationis occasio existeret. Cete/rum de [illegible]Brigida legitur: q cuz pater eius[illegible]z nobili vellet eā desponsare: ipsa orauit vt aliqua deformitas sibi contingeret: ratione cuius coniugium vitaret. ipsaq; orante: vnus eius oculus crepuit. quod vi[illegible] pater: permisit ipsam velari et ad cultum deputari. et oculus eius tus est ¶ Insuper de pluribus alijs similiter legimus que licet viros secum haberent: nihilominus virginitatem obseruauerunt. Unde in libro qui dicitur paradisus legitur de quadā virgine que dicebatur Juliana: que videns originem metuentem seditiones paganorum fugientem per biennium ipsum suscepit et eclauit. necessariaq; ministrauit. Narrat insuper Hieron. epistola. xlv. de quadam virgine que a beato Martino noluit videri cum tamen ipsam desideraret visitare: tanq; moribus: et caritate precelsam.

¶ Unde ipsa beato [illegible] nestrulam dixit: Oratoque pro n. o[illegible]a viro nunq̄ sum visitata. ¶ Gratias itaq; egit sanctus Martinꝰ [illegible]q; benedixit. Narrat insup Hie[illegible]ro. [illegible]isto.lxxxix.qualiter cuiusdaz virginis patrinus cepit habitum virginis:vt virginis mentem permutare posset.volebat enim q̄ nuberet: sed eadem nocte apparuit angelus minas inferens dicens.Quomodo ingt ausus es viri imperium preferre christo? Nam virgines christi sponse sūt Namq; virginitas deo dedicata est. [illegible]a.xliij.Virgines sunt et se [illegible]ur [illegible]unq; ierit. Super quo Augustꝰ.li.de [illegible]no virginali Gaudia inquit virginum sunt de christo:in christo:cum christ [illegible] christū post christum.Et idē [illegible]it.epistola. cxviij.Beatius est inquit carne imitari vitam angelorum:q̄ ex carne augere numerum mortalium. Nam vberi [illegible]elicitas:mente grandescere:q̄ [illegible]re grauescere orationibusq; celū [illegible]ire:q̄ in visceribus fetum enutrire. ¶ Unde Grego.dialogo.li.iiij. devirgib;.narrat:qualiter deo placuerunt. Nam de tharsilla narrat:qualiter duas sorores habebat.que cum visitarent ipsam ait Recedite inquit q; sponsus meus scilicet iesus venit. Ibidem etiam narrat de quadam puella que dicebatur Musa.cui beata virgo cum puero apparuit:querés ab ea an sibi seruire vellet.que respondit: q; sic.tunc beata virgo sibi precepit: vt omnes mores pueriles dimitteret. que sic fecit.et ad tantam maturitatez deuoluta est: vt virginum exemplar efficeretur. Ex his igitur patet quantis laudibus olim virginitas floruit. ¶ Nam deutro.xxij.precepitur virgo corrupta lapidari:nisi pro violētia clamasset. Insuper apd saxones lex fuit olim:vt virgo sponte defloratа viua sepeliretur.et violator super ipsaz suspendi debebat. ¶ Item apud barbaros lex fuit: vt virgo fornicaria seu sponte grauidata:de monte altissimo precipitaretur eiusq; violator capite truncaretur. Insuper in prologo historie romanorum legitur de quadā que cum genuisset filios:secūdū legē viua fuit sepulta. Ex quibus omnibꝰ satis patet q̄to studio virgines se custodire debeant.nunc tamen blandis eis:nunc muneribus seducūtur. Unde Ambro.li.primo de virginita. Narrat de quadam virgine pythagorea. que tante fuit constantie:vt tormentis non posset vinci. Unde cum interrogaretur a quodam tyrāno:de quodam secreto reuelando:linguam suaz morsu abscidit:vt respōdēdi causam nō haberet. Ipsa tamen que vinci nō potuit tormentis: postmodum victa fuit muneribus. et que prius preualebat animo:postmodum erubuit tumescente vtero.

¶ Capitulum decimumseptimum de viduis.

¶ Jovialis status simplex et modestus esse debet.et virum bonum si habuerit: caueat ne mutet fortunam. si autem prauum consimilem inuenire timeat. Plurimas autem oppositе conditiōis

viduas vidimus.quia et si virum pes simum habuerint mox post mortem illius ad aliū currunt. si vo bonū ha buerint:illius facillime obliuiscuntur et alium studiosissime sollicitantur.

¶ Ueterum enim exempla vtinam ani maduerterent. Unde Piero.contra Jouinianum li.prio. Narrat de mar cia catbonis:que cum lugeret virum matrone ab ea petiuerunt: quem die haberet luctus vltimū:respondit quē et vite. De alio ergo viro non cogita bat. Jbidem etiam narrat de animia. quaz cum propinquus moneret vt al teri nuberet: dicens q̄ sua etas nup tui conueniebat. ipsa tamē respondit hoc inquit nequaq̄ faciam.quia si bo num virum inuenero vt ante habui: nolo timer ne poā. si vo malū qd ne cesse ē post bonū:pessimuz sustinere

¶ Narrat insuper de marcella maiore: que interrogata a matre sua gaude ret ne se nupsisse? respōdit:ita valde vt amplius nolim. Narrat etenim de valeria massellarum sorore:q̄ amisso seruto viro:nulli voluit nubere.et cū interrogaretur cur hoc faceret ait:si bi semper maritum seruium viuere.

¶ Attendant autem vidue:quontaz an na fuit vidua ab adolescentia sua.et non recedebat de templo diebus ne qz noctibus ¶ Nunquid etiam vidua Sarreptana pro salute filiorum fa mez tollerauit:nec virum quesiuit:ut patet .iij.regum.xvij. Nunquit cele bris vidua fuit Judich? His igitur at tentis dicit Hieronimus vbi supra lo quendo vidue: quid angustiarum ha bent nuptie didicisti. et quasi cum ca nibus vsqz ad nauseam saturata es

sibi rursuz ingredi qd

[illegible] bznta seu aues:in eadem r[illegible]a non incidunt [illegible] petis? E subdit.imitare po ctam mat[illegible]m iesu christi. Uidu que non potest continere vel nō maritum potius accipiat q̄z diabolu. Itaqz Hieronymus detestatnr secu da matrimonia:nisi magna inuentus fuerit.Et ideo apostolus.j.thimo.v.

¶ Uolo inquit adolescentulas et iu res nubere. Leterum Hiero.epistola xcvj. Narrat de quodam viro:qui se pelierat.xx.vxores:et postmodum ac cepit mulierem que habui to[illegible]amqz erg copulati: to[illegible]oman[illegible] stanter [illegible]abe[illegible] videre quis eorum vi ceret.[illegible]s tamen vicit et totius vrbis p[illegible]fluente coronatus ē et palmam in manibus tenebat cla mans:o mea vxor nube nunc cum fe retro. Et ideo Hieronym[illegible]nas a loquēdo dicit.obsecro inqui ficiat q̄ perdidisti primum nitatis gradum.et per tertium coniugium veniſti ad secun[illegible]fa licet vidualitatem. ¶ Unde licet coniu gium precedat vidualitatem tempore non tamen castitate. Item Hiero.epi stola.xcv. Laucas inquit ne iuxta te ambulet procurator vel histrio non iuuenis nitidus:sed habeto tecum vi duarum et virginum choros.tuiqz se xus solacia quere.sit in maibz tuis di uina lectio.et i ore deuota oō vt ado lescētie cogitatōes hūioi clipeo repel lāt. Uñ ardētes diaboli sagitte ieiunī orum:et vigiliarum frigore restringē de sunt ¶ Leterum animaduertamus

narrationem Ambro[illegible]
[illegible] omelia.v.qu[illegible]
[illegible]perit comparen[illegible]erare co
[illegible]n recusat. Discat ergo mu
[illegible] inquit Ambrosiꝰ [illegible]te sit dig
[illegible]s vidualitatis gradus:que etiam
[illegible]n alibus predicatur. Melius est ta[illegible]
nen nubere: q̄ vri[illegible]o est fornicari.
Ideo Hieron[illegible] epist.xxv. Tolle qd̄
pejus est.et suscipe quod perse bonus
[illegible]n est:scilicet nubere.et loquitur vi
due.

[illegible]bi Magni sophologium

Epigramma ad hujus operis
conspectorem.

Iste clarorum. co[illegible]tendunt
dogmata patrum:
[illegible]ectos atq; bonos: vt faciant
[illegible]omines.
At quom non leuiter possit per
urrere quisquam:
[illegible]uctores cunctos:multa negle
cta manent.
Omnia doctorum quo ergo do
cumenta legantur:
Hunc Jacobus magni:condi/
dit ecce librum.
Tu quoq; si bonus esse velis:
sapiensq; videri:
Quod manibus tractas:disce
sophologium.
Quicquid enim veterum teti/
git preceptio digna:
Mille voluminibus:clau
ditur hoc opere.

Finit Liber Capitulor
[illegible] S. Libror.

continentissimę cuiꝰ
ne ille epistole prouocare.t
Senecę ad Paulum, inqi
potentissimus = Optare se
Christianos: Hic ante bieni
martirio, à Neronę interfe

ΜΕΓΙΣΤΟΣ: Maximus, amplissimus

Sequitur tabula capitu/
lorum Sophologij:

Et primo capitula primi Libri. f.° 3

Capitulum primum quomodo sapien
tia facit felices. 3.
Secundum quomodo veteres sapi/
entiam amauerunt.
Tertium quomodo quondam femi/
ne artes inuenerunt.
Quartum. de studio sapientie a iuuen
tute.
Quintum quomodo sapientia est ne/
cessaria regibus.
Sextum quomodo sapiens omia pos
sidet: et fatuus nihil
Septimum de dispositione ad sapi/
entiam: et de quiete contemplantium
Octauum quomodo sapientia omnia
vincit.
Nonum quomodo est iugiter studen
dum. legere
Decimum quomodo non sufficit au-
dire: sed legere oportet. audire oportet
Undecimum de habitudine et modo
docendi.
Duodecimum de vera philosophia:
eiusq; descriptione et vsu.
Tredecimum de dignitate et vtilitate
sapientie.
Quattuordecimum de famosis illu/
stribusq; philosophis: qui sapientiaz
amauerunt.
Decimumquintum de studijs ac se/
ctis philosophorum.
Decimumsextum quomodo magice
artes sunt inutiles: ac improbande.

Primun
atq; litte
Secund
Tertiun
Quartu
Quintu
do poeti
Sextun
Septim
et eius v
Octauu
Nonum
Decimu
Undecí
ribus ci
Duodec
uentoru
Tredec
uitatis.
Decimu
cipis.
Decimu
nis et h
Decimu
gimine
Decimu
trissami

Primun
liter ap

COMPLOS·ACAD· LAN·BIBLIOT·